

A 1605 XII

Q. D. B. V.

POSTERIORE

DISSERTATIONE THEOLOGICA,

VERAM  
VERE-CHRISTIANORUM  
RELIGIONEM,

Jacobi I, 27. descriptam;

Moderante Supremo Nume,  
in Inclita Leucorea,

P R A E S I D E

VIRÒ Summè Reverendo, Magnifico, Amplissimo & Excellentissimo,  
**DN. ABRAHAMO CALOVIO,**

SS. Theol. D. ejusdemq; Professore Publico Primario longè  
famigeratissimo, Consist. Ecclesiastici Assessore gravissimo, Ecclesiae  
Parochialis Wittebergæ Pastore vigilantissimo, ut & Circuli Elector Saxonici  
Superintendente Generali eminentissimo, Theologo summo, deque sincera  
Christi Ecclesia optimè merito, & quotidiè merente  
optimè &c.

Dn. Patrono, Promotoreq; suo maximo, & ut olim, ita  
dicitissim, in tristi Exilio, Praeceptore fidelissimo, summâ  
Religione colendo:

in Auditorio Theologorum,  
Mense Julio, Anno c<sup>o</sup> 1513c LXXX.  
placida & exorsa publicè exponit

**M. THOMAS Steller/ Hungarus Exul,**  
inutilis Christi Servulus.

WITTENBERGÆ,  
Typis CHRISTIANI SCHRÖDTERI.

Tacito' m. 2077

21. 6



## I. N. J. Proœmium.

§. 1.

Ut Dissertatione priore Religio Falsa, sequitur hac posterior Religio pura & immaculata, quæ sola verè & propriè dicta Religio dici meretur. Diciturq; tam de illa, quæ in statu Integritatis locum habebat, quæ homo ad imaginem DEI conditus, DEO fuit religatus Gen. 1, 26. Ephes. 4, 24. Col. 3, 9. quæ de hac, quæ post lapsum obtinet, quæ homo imagine DEI privatus, ad DEUM reducendus eis; religandus est, ad eternam fruitionem. Religio quidem specialiore significatione, quat: post lapsum restaurata est, (quam ipsa particula inseparabilis RE insinuare videtur, ut sit via regia reducens, & catena aurea rursum nos uniens cum DEO) differt ab ea, quæ ante lapsum, specialibus quibusdam circumstantiis (1) *Ratione Principii*, ante lapsum Lex sola, inscripta quoad internum, promulgata quoad externum cultum: post lapsum vero Evangelium, utens Ministerio legis non tantum naturè in scriptæ, quæ insufficientis, sed & promulgata. (2) *Ratione Objecti*, quod illic DEUS nude & in se; hic in Mediatore colendus. (3) *Ratione Modi*, qui illic in operando consistebat; hic in credendo situs est: per Christum enim fide apprehensionem impetratur & remissio eorum, quæ contra religionem peracta, & approbatio personæ, quæ colit Deum, & propter personam ipsius etiam cultus, qui, quæ nostra actio, imperfectus. (4) *Ratione finis*, beatitudinis, quæ homini ante lapsum, ut concreata imago DEI, naturalis; post lapsum supernaturalis. Convenit tamen omnimodè in generalibus nempe (1) *ratione Principii*, quod est patefactio divina. (2) *Ratione Objecti colendi*, quod divinum. (3) *Ratione Modi*, qui divinitus est præscriptus (4) *Ratione Finis* qui est æterna beatitudo.

A

§. 2.

§. 2. Hæc quæ post lapsum, hodie, ut olim, appellatur Christiana, (quod nomen dimeruisse Socinianam solide probavit Magn. Dn. D. Calov. socin. profi. p. 28. Papæam Dn. D. Nic. Hunn: pecul. Tract. de hac controv. & in Apostas Rom : Eccl: ) à Christo Domino, qui solus eam de sinu Patris ecclesiæ apportavit & revelavit Joh. 1, 18. Matth. 11, 27. solus ad eam, & per eam homines ad æternam DEI fruitionem perducit, quia non est in alio quoquam salus Act. 4, 12. atq; sic hominem per peccatum à DEO avulsum, vicissim DEO religavit & redunvit Ephes. 1, 10. Colos. 1, 20. Superiore seculo, sub exortum è tenebris papalibus Lucis Evangelicæ, dici coepit partim Evangelica, ab Evangelii veritate, quam contra hostes ejusdem masculè defendit, vel, ut Polyd. Verg. de Inv. I 8.c. 4.p.m. 490. non male judicat, quia haud ullam affereret recipiendam esse Legem, quæ ad animarum salutem pertineat, nisi quam Christus aut Apostoli dedit.

§. 3. Deinde Protestantium, à protestatione Spiræ An. 1529. facta, unde Principes & status Imperii Evangelici, quiq; eorum amplexi erant Confessionem, dicti demum sunt Protestantes. Deniq; Augustana, à loco, Augusta Vindelicorum, ubi augustum illud vera Religionis Symbolum, Augustana Confessio, Carolo V. glorioissimæ memoriae Imperatori, in magnis Imperii Comitiis An. 1530. fuit prælecta & exhibita. Ac tandem Lutherana, à B. nostro Luthero, cuius fideli Ministerio DEus in cultu suo, à papæisuperstitionibus repurgando, usus fuit. Calumnia enim est non toleranda, quæ Pontificii nos publicè prægravant, quasi B. Lutherum primum nostræ Religionis autorem & inventorem credamus, vel certè statuere & credere teneamus. Scilicet! quia Papæ sic placet. Nobis unus est Magister Christus Matth. 23, 8. extra quem, sive Papa sit, sive Lutherus, sive quicunq; alias, nec scimus, nec querimus, nec agnoscimus, nec credimus, nec credere possumus, aut alium quenquam admittere volumus. Is solus verba vita habet Joh. 6, 58. cuius Spiritus multiformis munere distribuit usnicuq; mensuram donorum, prout vult, Cor. 12, 11. Apostoli autem Paulus, Apollos & Petrus, omnesq; legitimi atq; sinceri eorum successores in doctrina (qualis D. Lutherus omnino fuerat, ut mox patebit) Ministri sunt & fuerunt, per quos credimus, prout cuiq; Dominus dicit, i Cor. 3, 5.

§. 4. Ministrum ergo non Magistrum fuisse B. Lutherum & toti

toti mundo palam est, & fatetur ipsem multoies, cumprimis ad Spalatinum An. 1520. 14. Jan. Ego, inquit, tradidi meipsum & obtutus, in Nomine Domini, docere videlicet S. Theologiam. Fiat voluntas ejus. Quis rogavit eum, ut me Doctorem crearet, si creavit, habeat filii, aut rursus destruat, si paenitet creasse. Itaq; Magna quidem, ita D. Baldwin. de script. Luth. observat, nobis Lutheri autoritas, non tamen vel scripture preferenda, vel saltē equiparanda; sed sincerum Ecclesiæ Doctorem B. Lutherum agnoscimus, & ut singulare DEI organum amamus, nibil morantes, quis vel persona, vel prioris conditionis respectu in claustris monachorum fuerit. Valet enim & hic Regula: Doctores Ecclesiærum, qui Apostoli successorunt & fundamento ab Apostolia jacto superadiscant, qualescumq; etiam sint, non tamen sunt avutius, nee ab omni errore immunes. Quapropter, nec illas Papistarum, calumnias admittimus, quibus Doctrinam B. Lutheri proscindunt, quasi magistra sit scelerum, licentiam cuvis pro libitu quidvis agendi permittens, quo de infra pluribus. Nec pudet nos Lutheranos vocari à Luthero, cum autem Lutheranos nos vocamus, sunt verba D. Dorsch. Thom. Aqv. verit. Test. p. 87. aut vocari patimur, non sibi-simatis causa facimus, sed insignem nos sequi doctorem profitemur. Quemadmodum olim hodieq; verè credentes ab Abrahamo, Patre creditum, Abrahamicæ Gal. 4, 22. 31. Israelitæ ab Israele Rom. 9, 6. vocantur, sicut ex adverso, ab Ismaele Ismaelitæ, ab Elau Elauitæ, Mabitæ à Moab &c. dicti fuerunt. Quid verò hodie in papatu solennius? quam novæ illæ, ab Apostolo diu proscriptæ appellationes, quando Dominicani à Dominico, Franciscani à Francisco, à Maria Mariani, ab Innico (Lojolæ id erat nomen) Innicista olim, hodie Jesuitæ, antiquorum Jesuatarum genuina soboles, denominantur. Ita Augustiniani, Benedictini, Bernhardini, & qui non sexcenti alii?

§. 5. Vera Religio veteribus dicta fuit, via ad salutem hominis cuiusvis, erga Numen, omnium cordibus quasi inscriptum. Aliis Religio vera post lapsum est Doctrina, in Evangelio & Lege revelata, qua DEus unicinus in Mediatore agnoscendus, ut per ejus meritum fide apprehensum, homines justificati & salvi fiant. Aliis porrò Religio Christiana est, ratio colendi DEum verum, fide in Christum & Charitate erga DEum & proximum, secundum Verbum DEI scriptum, ut homo à DEO avulsus, ei vicissim reduniatur. Nobis Religio Christiana est, ratio colendi DEum

*DEum, à DEO prescripta, quā homo à DEO alienus, ad DEum, per fidem in Christum Iēsū Ch̄risto, perducitur, ut eo in eternum fruatur.*

§. 6. Dicitur *Ratio*: quod generale vocabulum complectitur omnia illa, quæ ad cultum DEI hominisq; salutem pertinent: à *DEO prescripta*: Primus Religionis autor innuitur DEus, qui fons est nostra beatitudinis, & finis omnis appetitionis. Is solus eam in Verbo suo scripto revelavit & præscripsit, ut ita Religionis sit opus, non humanae inventionis, sed divinae revelationis & institutionis Matth. 11, 27. 14. Cor. 2, 11. 2. Petr. 1, 21. quā homo à DEO alienus: subjectum perfectionis quod notatur. Inhaesio nis enim subjectum quoad notitiam est Intellectus, quoad fiduciam Voluntas, & quidem hic & nunc per peccatum à DEO avulsa & aversa. *Fide in Christum Iēsū Ch̄risto*: Medium recipiens ex parte hominis indicatur. Quiatamen accipere, suum dare præsupponit, simul hic connotantur (a) Media ex parte DEI exhibentia & ob-signantia; qualia sunt *Verbum*, quod ceu Regula infallibilis veram religionem præscribit, & *Sacra menta*, quæ puram atq; immaculatam Religionem signant & ob-signant (c) Meritoria Iēsū Ch̄risti (γ) Virtus & efficacia per charitatem erga DEum & Proximum.

§. 7. Atq; hæc demum vera est ratio colendi DEum. Quandoquidem Fides est ex auditu, auditus autem per Verbum DEI, fidei generandæ fomentum & conservandæ alimentum, Rom. 10, 7. Psal. 119, 92. Fides porrò sine Merito & satisfactione Christi, sicut nec ista sine illa, neminem aeternæ DEI fruitionis redditum participem. Deniq; nisi per opera Charitatis erga DEum & proximum se exerat, vera vivaq; fides non erit, sed nuda vanaq; mortuae fidei jactantia. Gal. 5, 6. Jac. 2, 17. Si ergo ex fine, ut in practicis utiq; fieri oportet, fides & stimulca, tūm utiq; omnia modo dicta suo ambitu comprehendit. Quamobrem etiam Scriptura S. dicitur Verbum fidei Joh. 17, 20. Eph. 1, 13. Verbum vite Joh. 6, 68. Christi autem veridica vox est: Ego sum Via, nemo venit ad Patrem, nisi per me Joh. 14, 6. Ambulare vidi ita hic August, elegantissimè, ego sum via: falli non vis? ego sum veritas: mori non vis? ego sum vita, & vicissim: Ego sum via, veritas & vita, tanquam diceret: quāvis ire? ego sum via: quō vis ire? ego sum veritas: ubi vis permanere? ego sum vita. Confer. Joh. 6, 65. Ut DEO eternum fruatur: Finis hic est Religionis formalis, ultimus, consummatus, inchoatum in hac vita, ubi etiam DEO fruuntur fideles,

les, salvijam facti in spe Rom. 8, 24. Joh. 14, 15, 16. præsupponens, quā duabus quasi partibus absolvitur, purā & sincerā doctrinā, & piā atq; honestā vitā, unde plerisq; Religio est *Verus de Numine sensus, & verus Numinis cultus*.

§. 8. Ad sensum ante omnia pertinet *indago questii Numinis*, quam finem esse creaturæ gentis humanae docuit Apollonus in schola Atheniensi. Fitq; ea vel in *Nature*, vel in *scripture Libro*. Illam Naturalē & Legalem: *Hanc* Revelatani & Evangelicam vocamus. Imperfecta illa & insufficiens, ad finem Religionis, ante indigitatum, assequendum, licet aliæ operam non omnino inutilem præstet, ad indaganda media, ad fidem notitiamq; salvificam pervenendi Gal. 3, 24. Hæc perfecta est, gradu, quantus quidem in hanc imperfectiōnem cadere potest, perfectionis, non vero perfectione gradus, quæ per lapsum amissa, in praesenti quidem inchoatur, in aeterna demum vita restituenda, sola utilis & sufficiens erudire hominem, ut perfectus sit ad omne bonum opus instruatus, 2 Tim. 3, 16.

§. 9. Cultum docet Decalogus in primo Præcepto designatum. Qui vicissim vel *Analogicus* est, (proportione, magis, quam attributione) vel *Proprius*. *Ile* relatus improprius ac sanctus, extrinseca denominatione, dictus, qui nec terminus est, nec organum per quod, sed solum signum temporarium & objectum, non adorationis, sed adorantis, quo motus celorum fertur in solum verum Religionis terminum. *Hic* iterum vel *Religiosus* est, vel *Officiosus*. *Religiosus* (religione propriè dicta, quæ ad I. Tab. pertinet) elicitus, qui formaliter est cultus, in spiritu & à spiritu factus, ex fideli agnitione virtutum divinarum, Omni Potentiae-Scientie-Presentie, ad gloriam divinam, astimatam cordis contriti sacrificio, foris significatus, cum aliis Symbolis externis, (quæ in hypothesis fallere possunt & fallunt plerumq; Matth. 23, 13. Luc. 18, 11) tūm vel maximè ιωνικλησια περιουσηια. Ita Pœnitentia formaliter actus internus est, describitur nihilominus vocibus actuum exteriorum Matth. 10, 21.

§. 10. *Officiosus*, ad secundam Tab. pertinens, qui Religio dici potest, sed ut actus imperatus & effectus, non pars Religionis, à religioso honore, non specie tantum, sed immensum distans: cum præcellentia Creatoris infinites major sit, quam ullius creaturæ, ideo etiam cultus de creatura dicitur, non Synonymicè, sed Analogicè, qui tamen si

Sicutus sit & sine fucō atq; hypocrisi, ita comparatus est, ut mediatē in ipsum quoq; DEum feratur 1. Joh. 4, ii. 21. vel, si ἀκεβολογεῖται  
Iis, est interni cultūs, qui in DEum dirigitur, notificativus & declarati-  
tivus, ex quo hic hominibus per illum innoscet. DEus autem,  
quoad semetipsum, non tam externa officia, quām cor ab homine re-  
poscit Prov. 23, 26. quod etiam potissimum, in omnibus humanis actio-  
nibus, respicit 1. Sam. 16, 7. 1. Reg. 8, 39. Jer. 5, 3. Atq; de hoc officio-  
lo agit Jacobus Apostolus Capite I, 27. dum ait:

Θεοτοκία καθαρός ήταν ἀμιάντος, παρεγένετο δέ την κατά την αὐτήν,  
ἐπισκέπτεσθαι οὐ Φαντάσιος καὶ χίρεις εἰ τῇ Θείᾳ ἀντανταί, αὐτού-  
λον ἐπιτελεῖν αὐτὸν τῷ κόσμῳ.

#### VETUS.

Religio munda & immaculata apud DEum  
& Patrem hæc est: Visitare pupillos & viduas,  
in tribulatione eorum, & immaculatum se custo-  
dire ab hoc seculo.

#### SCHMID.

Religio pura & immaculata apud DEum &  
Patrem hæc est: Invisere orphanos & viduas, in  
afflictione ipsorum & immaculatum sese servare  
a mundo.

#### GERMANICA VETUS.

Ejn rein unnde unbeflecket Gades Dienst / vor  
Gott dem Vater ys de/de wesen unnde wedewen ynn  
erer bedörfenisse besöcken/unnde sick van der werlt unbe-  
flecket bewaren.

#### LUTHERI.

Ein reiner und unbefleckter Gottes-Dienst / vor  
Gott dem Vater ist der / die Wäysen und Witwen in  
ihrem

threm Trübsal besuchen / und sich von der Welt unbe-  
flecket behalten.

#### ΕΡΓΑ ΣΥΓΑ ΤΕΧΤΟΣ I. PHILOLOGICA.

##### §. I.

**H**ηγονεία καθαρός) θεοτοκία per Anadiplosi! ex fine præ-  
dantis versus repetita vox, in bonam hic, sicut ibi in malam, par-  
tem sumitur, veluti hoc præter omnes textus circumstantias,  
opposita epitheta μάλιστος, καθαρός ήταν αἰματος luculenter  
ostendunt. In MS. hic 27. Versiculus cum præcedente 26. non male  
per particulam γὰρ connectitur h. m. θεοτοκία γὰρ καθαρός ήταν  
αἰματος, quomodo & Syrum legere observarunt Autores. De vocis  
θεοτοκία origine & usu apostolico genuino, dictum est pluribut Dis-  
sert. priore, ἐξαρτάς Philol. §. 2. seq. quæ & hic sufficiunt. Καθαρός, si  
rem potius, Jacobi intentioni accommodam, quām vocem, species,  
est ex καθαρέω, *purus sum, purè ago, in puritate dego;* si contra, vēcem  
magis, quam rem attendas, regularius est ex καθαρέω, *pуро, lustro,*  
*expio, à cuius Fut. 1. καθαρώ, est Præt. Med. καθαρέω, unde nomen*  
*καθαρός, εγ, εγιν, purus, sincerus, sanctus, justus, quo sensu (passivo)*  
*etiam Christus Matth. 5, 8. usurpat, hoc tamen cum discrimine, quod Ja-*  
*cobus de cultu Religionis officioso, operum externotum, erga proximū:* Christus verò de interno cordis, *μανίστοι καθαροί ή καθα-*  
*ρία, loquatur, uterq; tamen, Christus & Apostolus, non exclusivè aut*  
*oppositivè, sed inclusivè intelligendus & explicandus. Cultus enim*  
*internus, (externo officioso, ut ante dictum, contradistinctus) de quo*  
*Christus, habet se instar causa per emanationem, ad officiosum exter-*  
*num, de quo Jacobus. Grotius quidem etiam verba Christi (non ta-*  
*mén exclusivè) de externa puritate exponere amat: dicit enim καθα-*  
*ρός, qui est integer vita scelerisq; purus, qui non est pollutus; quem*  
*Latini justum & sanctum, Græci cum Nazianz. καθαρέω τὰς χειρας*  
*vocant, qui videlicet homicidio affinis non est, aut qui ob perpetra-*  
*tam cædem, impuras manus habere non censetur, quo sensu etiam fo-*  
*minæ dicebantur καθαρέους, quæ concubitu abstinebant. Utrumq;*  
*sane peraccommodè ad sensum Jacobi: quandoquidem lingvā, ex*  
*qua v. 26. vanitatem Religionis arguit, æquè ac manu aut gladio pro-*

ximus lèditur & occiditur Jer. 18, 18. Matth. 5, 10. & cultus Deorum alienorum, toties apud Prophetas, & aliás in S. L., fornicatio, adulterium nominatur, ut vix numerando assecuraris. Vide saltem Jer. 3, Ezech. 16, & 23. Of. 5, Sap. 14, &c. Nos acceptamus, quod B. noster Schmid h. l. annotavit: *mundum corde esse, studere τὸ διατυπόν sine hypocrisi, i. e. habere cor ab affectibus & concupiscentiis pravis liberum, animo castum esse, erga proximum sincerum.* Dicuntur itaq; mundi corde, qui casto sunt animo & pura conscientia, (uti ipse Christus hæc Matth. 5, 27. 32. elucidat,) quos proprium cor nullius peccati (amati, delectantis, & dominantis) arguit; non reprehendit me cor meum, in omni vita mea, foedus enim pepigi cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de virgine Job. 27, 6. c. 31, 1. item qui simplice sunt Mente, qualem & mundus aspernatur despiciq; maximè, & Christus à suis fidibus maximè requirit Matth. 10, 16.

§. 2. Καὶ διαιρέσθαι μίαν, sædo, contamino, confusco, est P.P. *μειατά*, unde simplex *μίαν*, quod in hac quidem forma non reperio, reperio tñ. idem significatum exprimentia *μίας*, *μισθός* & *μισθοῦ*, quorum postremum in N. T. præter 2. Petr. 2, 20. vix occurrit. Dicuntur autem *μισθοῦ* Medicis seminaria luis pestilentialis in aere corrupto, quæ occulte serpunt & multos inficiunt, quomodo & vitiorum seminaria homines ad illa pronus, facile polluunt & contaminant. Hinc itaq; descendit cum a privativo, quod h. l. ut *λεπιδούς* alias negandi vim obtinet, nostrum *αἰματός*, *impollutus*, *immaculatus*, *non contaminatus*. Vox ita Composita, sacris & profanis scriptoribus non inusitata. Sap. 3, 13. beata prædicatur *ἀπίατος*, quæ thorum non cognovit. Confir. Luc. 23, 29. Apostolus Ebr. 7, 26. ipsi Christo Pontifici *αἰματῷ*, qui peccatum non fecit nec dolus inventus est in ore ejus 1. Petr. 2, 22. accommodat. Capite autem 13, 4. ad statuta conjugalem, quem Papistæ temere, ne dicam impiè, carnalem pollutionem publicè proclamant, transfert. Petrus verò 1. Ep. 1, 4. ad describenda præmia, puritatis & sanctitatis hujus vite, in altera consequenda adhibet. Jacobus noster nonnihil generalius locutus, omnia ista complectitur, loquitur enim de cultu externo officioso erga proximum, in & extra conjugium, qui cultus, si, ut Apostolus hic requirit, *αἰματός* sit, internum cordis cultum *ἀπίατος*, erga Christum Pontificem *αἰματον*, præsupponit & prærequirit, ille siquidem ex hoc emanat,

emanat, ut docet Johannes 1. Ep. 4, 21. Ubi autem sic utrobius *αἰματός* est, & ad finem usq; vita ita conjunctus perseverat, ibi indubie sequitur *καὶ ἡ αὐτοῦ διάωσης* hæreditas vite et. & finis cultus fidelis, salus animarum. 1. Petr. 1, 9.

§. 3. Amiantus etiam lapis est, qui in Cypro nascitur, scissili & lumini similis, quo, utpote lento gelas conficiunt, quæ in ignem conjectæ accenduntur quidem aguntq; flamas, sed nullâ sui parte amissâ, nitidiores evadunt, ut scribit Dioscor. I. 5. c. 148. Quod etiam non omnino alenum est à nostro Jacobæo. Etenim & verè religiosi vivi lapides vocantur 1. Petr. 2, 5. & similitudo à gemmis, quas sinceras & non ulceratas esse oportet, desumpta, elegantissime ad Religionem accommodatur. Hæc enim quoq; non tantum ab omni hæreses & Syncretismi maculâ pura esse debet: Cavete à fermento Pharisæorum, nam & modicum fermenti totam Maslam corruptit Matth. 16, 6. 12. Gal. 5, 9. verum etiam si intensissimis tentationum & tribulationis flammis injiciatur, nullâ sui parte deminutâ & ne ad momentum quidem Adversarii, trium Virorum exemplo Dan. 3, 21 seq; cedens, permanere debet, quin immo nitidior nobiliorq; ex cineribus evadere, quomodo hac similitudine utitur David Psal. 12, 7. & DEus ipse promittit, se fideles suos in furno afflictionum electos redditurum Isa. 48, 10. Confer Jerem. 9, 7. c. 31, 18. c. 46, 28. Of. 11, 4. Jon. 2, 8. Zach. 13, 9. Ita igne tribulationum nitidior factus Job c. 41, 10. David antequam humiliaretur peccabat, humiliatus verò perdidicit vias, justifications & judicia Domini Psal. 19. Religio trium Virorum ante Examen obscura Babyloniq; exosa, post flamas tam splendida, ut Regem ipsum Monarchiarum caput, in sui amorem svayissimè traheret Dan. 3, 95. seq. Confer c. 6. 28

§. 4. Παρεὶ τῷ θεῷ καὶ πατεῖ) apud vel coram DEO & Patre. Ubi hoc saltem obievamus, καὶ h. l. non esse *copiavitum*, aut, ut aliás, *adversavitum*, sed *explanavitum*, pro, id est, exegeticè positum. Vel quod plerisq; non ultima notæ Viris placet, *Relativum pro idem*, ut sit sensus: Religio apud DEum, qui *idem* Pater noster (quod hic Gallica addidit) est, quæ DEO exhibetur, vel coram DEO, ex ejus estimatione talis habetur. DEus enim talia officia, qualia Jacobus hic requirit, proximo exhibita, sibi facta fatetur Matth. 25, 40. si nimis hypocrisis ab iis absit, sintq; *καὶ πρεπὲς καὶ διαιρέσθαι*. Atq; hoc sensu particulam καὶ etiam Paulus frequenter usurpat. Eph. 1, 3. c. 4. 6. Phil. 4, 20. Colos. 1, 3. & passim in suis Epistolis, verum DEum indigitatus, quem eo pacto

non tantum à quibusvis fictitiis Gentilium diis; sed etiam ab eo, quem contumaces Iudei colebant, distinguit, id quod ex apposito Articulo liquet, qui ut alias, ita & hic emphasis continet, & Deum Deorum ab omniis i. bus Idolis distinguit. Confer 2. Thess. 2, 3, describit autem h. l. Jacobus supremum Numen duobus titulis, Potestatis D' Eum, Pietatis Patrem, Illud ad Creationem & bona temporalia, refertur, hoc ad Regenerationem bonaq; & t. accommodatur.

S. 5. άνη̄ εἰσιν) Pronomen demonstrativum, ut frequentissime Act. 19, 25. nonnunquam contemptum notat Act. 19, 27. Differt à Relativo αὐτῷ, quia illud penacuitur & asperatur: hoc vero acutur spirituq; leni gaudet, habetq; insuper præter Relativam significationem etiam διαλογή & determinativa n., & cum articulo juncta significat identitatem Matth. 5, 46. Ebr. 13, 8. Vide hic Dn. Schmid. Advertendum vero h. l. Apostolum: non hoc velle, quasi essentialis virtus Religionis in his, quæ jam sequuntur, officiis consistat, sed quod per haec se feras prodat & ostendat. Satis habuit hac vice, ita nervosè B. D. Walther Harm. h. l. Jacobus, pieratem minimū fucatam, duobus bisce exprimere indicis, quoniam qui illa se DEO & proximo probaverint, etiam in reliquis erunt religiosi: sine ista autem de religione vana & inanis est gloriatio.

S. 6. έπισκέψεως) est ex εἰπεῖν, quod simplicis significationem h. l. auget, & ὅπερα aspicio, video, unde visito, si significationis analogiam: vel, si genuinam attendas Etymologiam, à εἰπεῖν, inviso, visito. Variè autem apud Autores significat: sive idem est quod defum, αἴπειν εἰπεῖν, vit nullus desit. Πάντες δὲ εἰπεῖν εἰποτείν & ζητεῖν, quicunq; defuerit non viver. Aliquando idem quod requiror, nonnunquam idem quod perpendo, utin illo Sophel. νῦν μὲν εἰποτείν μολῶν, nunc me aspice, i. e. diligenter perpende, quod Latini vocant intueri. Posteriora duo significata nostro Jacobao apprimè convenient: Non enim saltē requirendi sunt orphani & vidui, sed & diligentius intentuenda eorum afflictio. Atq; hoc est quod jam diximus, præpositionem εἰπεῖν augere simplicis significationem, quasi dictum sit: non saltē visita, sed super visita h. c. visitationi, quodcunq; potes, indigeni beneficium superadde, opitulare vel dictis solatia & consilia; vel factis auxilia suppeditando, haec enim omnia particula εἰπεῖν h. l. importat.

S. 7. In sacris εἰποτείνεσθαι, ut Ebrem ρῆμα sumitur vel in malum, vel in bonum. Cum in bonum, dicitur Personis tribui, cum in malum, rebus. Sed an hoc perpetuum sit, non abs re eruditus dubitat Dru-

fus.

fiās. In malum quando sumitur, significat vel in genere peccata quasi libet corporales & spirituales, temporales & æternas Exod. 20, 5. Nuan. 14, 18. vel in specie corporales in tempore Exod. 32, 34. Lev. 26, 16. 2 Sam. 7, 14. Psal. 87, 33. vel Spirituales in æternum Jer. 8, 12. Confer Matth. 12, 31. 32. In bonum varia vicissim significat DEI beneficia; corporalia, Liberos Gen. 2, 1. 1 Sam. 2, 21. Liberationem à persequentiis Jer. 15, 15. Exod. 4, 31. c. 13, 19. à morte Luc. 7, 16. Spiritualia gratia Luc. 1, 78. qua, & alia significata in S. L. occurrentia, ad tres revocari possunt classes, quando visitatio alia Comminationis, alia Castigationis, alia Consolationis. Postrem hanc intendit Jacobus, requirit enim visitationem, non qualis Amicorum Jobi, qui omnes consolatores onerosi audiunt Job 16, 2. sed qualis Christus in suis fidelibus deprecatur Matth. 25, 36. quæcum efficiaci affectu per verba consulendo & consolando, quod habeo de Tibi: In Nomine Domini Jesu Nazareni surge & ambula Act 3, 6. seq. & ad Αἴνεα: Αἴνεα, sanet te Dominus Jesus c. 9, 34. & effectu per opera charitatis, de propriis facultatibus, secundum proportionem Tob. 4, 8. 9. necessitates proximi sublevando, conjuncta est, quo sensu & Ebraeorum ρῆμα sepe idem, quod sublevare & pro virili juvare ponitur. Per εἰπεῖν ergo, ita Magnis. Dn. D. Calov. T. 4. Illustr. Bibl. in h. l. affectus cum efficiet, seu tum sinceri ex corde profecta commiseratio, tum ejusdem operæ εὐεγέρτεια, quecumq; intelliguntur, ut quibus opus est subveniatur, tum solatio, tum consilio, tum auxilio Luc. 7, 16. Ebr. 2, 6. De hac orphanorum & viduarum visitatione agitur Exod. 22, 22. Deut. 24, 17. 18. quanto causa Deus le Patrem orphanorum & defensorem viduarum nominat Psal. 63, 6.

S. 8. οὐφαντός οὐφαντός, derelictus, in squalore & tenebris jacens. Nam bene εἰπολογήντες Græci faciunt ab οὐφαντόν, caligo, tenebra, quod est ab οὐφαντόν ex Καλόν & ab οὐφαντόν si retrolegas, Latinum operio. Vel, ut Becceman: putat in Origin. οὐφαντόν acutissimè est οὐφαντόν, finis enim lucis tenebra. Carteris quippe colorum speciebus aliiquid lucis admixtum est, tenebris autem & nigredini nihil, igitur lucis terminus illæ. Itaq; orphanus propriè est, in tenebris & squalore jacens. Id verò quoniam in luctu præprimis Parentum & aliorum Amicorum contingit, orphanum vulgo appellarunt eum, qui erexit Parentibus, sub alterius cura & tutela esse cogit, quem vulgata pupillum vocavit, quæ duo, et si saxe pro eodem ponant autores, propriè tñ. orphanus non est pupillus, cum hic, et si impubis, emortuo patre, sub alterius sit potestate & tutela,

tutela, non semper tamē in obscuro, jacet, sed regium de se vibrat splendōrem. Contractē dicitur orphus, & hodie orbus, qualis proprie dicitur qui Lumen oculorum amisit, quasi ab amissis orbibus, propter oculorum totunditatem sic dictus. Hinc translatē orbī dicuntur, quicunq; aliqua re, quæ fuit charissima, ut liberis sunt, vel certe vi quarti Præcepti esse debent, Parentes, quasi oculis privati. Inde est quod Valla orphanum dicat eum, qui Patre præsidioq; paterno caret, & qui summi opere opem illius, sine quo malē habet, desiderat. Atq; hac ellipſamōr vocis significatio, quam etiam hic Jacobus intendit, siquidem de derelictis loquitur, & à Parentibus quidem relictos orphanos, à maritis vero Viduas appellat, unde nōn male Anglus per vāterlōse reddidit. Occurrit interim etiam amplior hujus vocabuli usus apud Autores, ubi etiam de Parentibus, quorum liberi emortui sunt dicitur, apud Plutarch. ὁ Φαραὼ τέκνων, orbū filii vel liberis. Imo de rebus quoq; inanimis, ut quando Urbem Civibus orbam dicimus. Et Nazianzenus ὁ Φαραὼ τῶν πειρατῶν χάστες, relations suis rebus orbas dixit.

§. 9. Καὶ χήρας χήρα Ebrais אָלֶם ab אלם ligare. Vidua ergo quasi ligata seu muta est, quod nihil loqui atut facere audeat. Græcum χήρα est à χηρώ desolo, vasto, aliter Græce μονά, ut vidua non solum vocis derivatione sed etiam rei convenientia verè sit solitaria, desolata, vastata, & ab omni solatio, præsidio auxilioq; humano destituta, quomodo illa: *Hec mulier vidua ego, mortuus enim es vir meus, & querunt adversarii extingvere scintillam meam, que relicta est, ut non superfit viro meo Nomen & reliquie super terram* 2 Sam. 14, 5. Atq; tales Paulus μεμονωμένα, quod Anglica reddit desolate, appellat 1 Tim. 5, 5. Sic Jobi 3, 7. δρόμος Græcis quibusdam interpretibus μεμονωμένη est. At γλωττοῦ El. 49, 21. χήρα ἐστιν αὐδεῖς οὐκ παιδῶν ἔγους. Psalmo vero 68, 7. μονάζοντος idem est quod apud Paulum μεμονωμένη. Jacobus in nostro latius, quod omisitus Articulus quodammodo indicat, vocem extendit, atq; eas etiam intelligit, quæ liberos quidem habent, delolatae tamen sunt & solitariae, atq; omni præsidio familiari destituta, eō interim curandæ juvandæq; magis, quo majori subsidio indigent, quæ liberorum onere gravantur. Plautus generalius adhuc usurpat, dum ait, *Omnium copiarum atq; opum auxiliū præsidū, viduitas nos tenet.* Vocabulum Vidua in se quidem Adjectivum est, in N. tamen Test. præter foemininum substantivē positum vix invenias.

§. 10. Dicitur porrò Latinis Vidua ex vocabuli significatione, quælibet

quelbet mulier sine viro, etiam quæ nunquam virum habuit, quasi sine divitate, quo latiori usu vocis Ovidius, puellas viduas, & Senec. Trag. Virgines viduas, dixerunt. Est enim à ve, sine, ut in vesanus, vecors, & idua hoc est, à viro divisa, ex antiquo hetruscorum verbo Iduo divido, unde viduare, pro private legitur. Hinc & Viduitas calamitas est, quæ privat bonis. Jeremias elegantissimā transumptione, Civitatem Jerusalem desolatam, à DEO Regeq; derelictam, & solitariam, viduam nominavit Thren. 1, 1. Inter Viduas celebres cumprimis in S. L. est Anna prophetissa, quæ primum virgo hostesta, deinde Matrona pia, postremo vidua sancta fuit. Placet enim DEO & Virginitas & Matrimonium & Viduitas, dummodo ipse personæ piè, justè & honeste viventes placeant. Huiusmodi Viduarum γυναικεία, tali compendio exhibet Hieron. Viduae vere sunt, quæ omni auxilio suorum destitute sunt, quæ manibus suis laborare non possunt, quas paupertas debilitat, etasq; conficit, quibus DEUS spes est & omne opus oratio. Ubi tamen observandum, quod nec Eu-chitarum, nec Psallianorum, nec Monialium superstitionem, in perpetuis ad canonicas horas adstrictis precibus, approbat Hieronymus.

§. 11. Ex τῇ Θλίψῃ Exθ. i. Ge. affligo, tribulo, opprimo est Θλίψις, quod vetus tribulatio, ali afflīctio reddiderūt. Afflīctio ab inusitato figo, quod proprie est, totā vi in terrā prosterno, ipsum affligendi actū significat, quæ viduae atq; orphani, ad terram dejecti & prostrati ab omnibus deteruntur & comprimuntur. Caput mulieris vir, quo stante stat, cadente cadit, quorsum etiam nonnulli Interpretū nū illud Jeremiæ Lament. 5, 15. trahunt. vix enim ulla creatura, viduis miserabilior, vix ulla contemptibilior orphanis, unde non abs te Germani: Wittwen und Wāhnen iedermannus Hūs. Hadet. Itaq; non malē verus retinuit vocem tribulatio, quæ cum actu, modum quoq; affligendi & opprimendi connotat. Est autem, si allusio placeat, vel à tribulo, herba undiquaq; aculeata & pungete: vel si genuinam originem tenere magis allubescit, à tribula vel Tribulo, instrumento & vehiculo rustico, quo frumenta in area excutiuntur, quo de ita Varro de Re Rust. l. 1, c. 5. 2. Espicis in aream excuti grana, quod sit apud alios jumentis junctis ac tribulo, id fit ex tabula lapidibus aut ferro asperata, quo imposito auriga, aut pondere gravi trahitur, jumentis junctis, ut discutant è spicis grana. Confer El. 28, 27. 28. Itaq; tributum à tero, trivi est, quasi teribulum, sicut ab infundo infundibulum, dictum est. Inde tribulatio, gravis & violenta orphanorum & viduarum, alias miserorum, oppressio dicitur, peraccommodat mēntem Apostoli,

cui presentissimum remedium in nostro opposuit, videlicet ἐπίσκεψις, ab iis, quorum maximè interest, orphanos & viduas, in afflictione carum, ut Arabs hic Pronomen ἀντῶ vertit, juvare & sublevare.

§. 12. Hanc curam orphanorum & Viduarum Judieibus & Magistris imprimis commendavit Dominus, & quidem, quod Exod. 22, 22 Negative, quod ad semper & ubiq; obligat: non nocebis, non lades viduam & pupillum; id Deut. 10, 16. 19. positivè, prout circumstanæ permitunt & exigunt, facies judicium vidua & pupillo, effert. Jacobus vero, per visitare orphanos & viduas in angustiis eorum, proponit. Ubi vox afflictionis excludit orphanos petulantibus, superioribus immorigeros; viduas voluptatibus deditas, circumeunte domos, quibus quidem debetur visitatio, sed castigatoria, non vero, quam hic Jacobus inculcat, Consolatoria. Pronomen autem ἀντῶ peculiariter emphasi innuit, non solum communes familiarum, Urbium, populorum & Regnorum calamitates; sed insuper, quod Articulus τῆς, non sine emphasi, subinfert, orphanos & viduas peculiares, easq; non illas, quas sibi, aut orphani nequiria & erga præpositos inobedientiæ, aut vidua incontinentiæ, libidine & lascivia, quales Apostolus describit, viventesq; mortuas dicit, 1 Tim. 5, 6. attraxerunt; quandoquidem hujusmodi afflictiones eā, quana hic Jacobus exigit, ἐπίσκεψις, vix digna habentur; sed eas tribulationes angustias & necessitates, ut habet Germ. vetus Vedētissenisse / quibus DEus illos, vi antiqui sui statui Sirach. 14, 18. Ebr. 9, 27. subjecit, Meritis aut Parentibus eorum morte sublati. Multi enim, ait Corn. à Lap. in Ebraeorum persecutione conversi ad Fidem Christianam, partim occisi, partim in exilium missi, partim in carcere compacti omnibusq; bonis ejeci sunt. Act. 8, 1. qui liberos orphanos, & uxores viduas reliquerant.

§. 13. Observandum porrò sermonem Jacobi non solum ad beneficiam positiæ, visitabis, sed etiam negative, non lades, quovis modo viduas & orphanos, exprimendam, directum esse, id quod ultima verba subinueniunt, immaculatum se euulodire ab hoc seculo. Sed neq; ad orphanos & viduas præcice restringendum, verum ad quosvis afflitos & contribulatos, atq; arumnosos extendendum. Notissima enim est & Literis solennissima, Synecdoche Specie pro Genere, in qua nominata una specie, plerumq; potiori, reliqua una subintelliguntur, de qua ita D. Glass. Ph. S. I. 5. tr. 1. c. 25. Scriptum quod generale est, illustri aliqua specie proponere solet evidenter causa. Idq; fieri dicit (1) in actionibus bonorum, Ps. 112, 5. de justo & probo homine dicitur, quod miscretur & commodat,

modat, moderatur; sermones suos in judicio, quibus actionibus totum Pietatis, & Christianæ Charitatis, proximo debitum, curriculum significatur. Matth. 6, 1. per elemosynam facere, omnia officia proximo debita, ex charitate exhibenda, quæ Jacobus in nostro per ἐπίσκεψιν expressit: per orationem v. 5. totus cultus DEO debitus; per jejunium v. 16. omnia exercitia, quibus caro refractaria edomatur, intelliguntur. (1) In Preceptis & monitis divinis. Exod. 20, 12. Honora Patrem & Matrem tuam i. e. quemvis superiorem, veluti hoc optimè exposuit B. nosier Lub. Cathet. Maj. Præc. 4. p. 443. Triplex in hoc precepto Patres nobis preceptos esse videmus. Primo quidem sanguinis; Deinde presidentes in aliis; ultimè quibus partes Reip. gubernanda comissæ sunt. Prater hos super sunt adhuc spirituales, qui verbo DEL nos pascunt, regunt ac docent & fideliter presunt gregi. Atq; ita & hic Jacobus viduas quidem & orphanos, qui plerumq; maximè egent, & à quibus nulla sperari aut expectari potest merces, nominat. Intelligit autem communiter quosvis tribulatos, calamitosos & afflictos. Plura loca similia vide apud D. Glass l. c.

§. 14. ἀσπίλον ήσυ πτέρων ἀσπίλω maculo, polluo, contamino, est σπίλος, propriæ, labes, inquinamentum & macula vestis, ex Vino aut ingvine. Dicunt etiam σπίλοι maculae faciei Discor. l. 1. c. 39. αἴγες δὲ καὶ σπίλης ἐπ τεσσάρης & maculas faciei emendat. Marcellinus ibid. σπίλοι, inquit, sunt qua in vestibus barentes eas disolorant, quarum similitudine aliquando in humano vultu & reliquo corpore macula oriuntur, nullo autem vicio, summam tantum cutem variantes. Plinius furunculos in oleo amygdalini Medicina, ita nominasse fertur. Est item σπίλος pumex, scopolus, πτέρα παρεδόν, γῆ κεραμική, quo sensu Aristot. de Mundo: humoris, inquit, universi natura innatabunda, existere terram faciens, per quasdam faxosas eminentias, quas habitabiles vocamus &c. Sic Budæus σπίλον pro insula Lycophron posuit. Attici teste Pyrinich. pronunciant, non σπίλος, sed σπιλίς, vide D. Weller de dialectis.

§. 15. Jacobus in nostro, priore sensu vocem adhibet, sed in significatione negandi, quomodo & særissimè in compositione ponitur, ut paulo ante in εἰδιαίτος, ita hic in ἀσπίλος, quasi μὴ ἔχων σπίλης juxta Suidam, non habens maculas. Maculas autem sive vestium, sive corporis, sive utriusq; conjunctim intelligas, nihil vel textui, vel intentioni Apostolicæ incommodaveris, quandoquidem de utrisq; dictum reperiatur. Judas in Epist. v. 23. χέντος ἀσπίλεμένες facit mentionem, præcipiens

cipliens, ut odio habeamus tunicam variè maculatam. De maculis corporis *Naturali* usurpat Jacobus in Epist. c. 3, 6. de maculis corporis *Mystici* Paulus Ephes. 5, 27. In nostro transfertur ad Animum, ceu  $\tau\zeta \omega\zeta$  *deinde* Religionis, corpore tamen non omnimò excluso. Unde à minori: si leves, summam tantum cutem nullo vitio variantes, maculas detestari convenit, quanto convenientius erit abominari maculas, quæ totum corpus, univerfamq; rotam nativitatis nostræ maculant intimèq; permeant. Deinde, si corporis & vestium maculae præcavenda, quanto fugienda magis Animi Animæq; sordes. Sunt autem omnia peccata, etiam minima (tame si absolute in suo genere nullum sit parvum) utiq; illæ maculae, quæ & vestem justitiae, quâ Anima primitus vestita fuit, nunc autem per fidem vicissim induimento salutis vestitur, & stolâ sanctitatis congettatur Es. 61, 10. quarum utrâq; Renati ornantur Col. 3, 27. 2 Petr. 2, 20. Apoc. 3, 4. turpiter feedant & contaminant. Peccata sunt maculae, quæ corpus, ceu vestem Anima, ulceribus, variolis, variisq; pustulis deturpant, ut in Jobo Joh. 2, 7. & Lazaro Luc. 16, 20. videre sicut Ab his ergo omnibus, quantum quidem humana infirmitas & fragilitas, ab alto virtute Sp. S. roborata, permittit, custodire se tenetur, qui puram & immaculatam Religionem lectari vult, id enim est *ασπιλον εαυτον της*. Ubi & ellipsis  $\tau\zeta \omega\zeta$ , quam Latinus & B. Lutherus suppleverunt, no- randa venit.

§ 16. Απὸ τοῦ κόσμου) κοσμος propriè ornatum muliebrem i Pet, 3, 3. ordinem item & rationem, interdum verò modum, modestiam seu moderationem significat: quandoq; decus, honorem & dignitatem. Ita Philosopus Γαύτης ἦν ὁ κόσμος, ubi Budaeus exponit, *is erat apparatus ea descriptio vel ratio collationis.* Idem κίσιον πρότερα dixit, pro ratione, bene & ordinate & administrata Reipub. Unde & hoc universum, à perfecta absolutaque; elegantia, mensurā, ordine & ornatukόσμος appellatur, veluti vicissim scribit Aristot. Universum itaq; ipsum rellē κίσιον nominaveris, h. e. compagmē rerum compositam, rectoq; ordine digestam. Sap. 11, 21. Porrò κίσιος quandoq; idem est quod εγγράφος: aliquando idem quod Magistratus, quem qui gerebant apud Creteenses κόσμοι, apud Lacedæmonios & Κορινθος dicebantur. Nulla harum significationum nostro Jacobæo convenit, quippe, qui neq; ornatum, (quem quidem assequitur consequenter, qui immaculatura se custodit à Mundo, quo quis ornatius præstantior aut elegantior dari potest?) neq; Systema coeli terræq; aut cœli solius, quæ utiq; hominem, extra eum profita,

sita, inquinare nequeunt. Matth. 7, 14. Sed neq; impuros variisq; vitiis maculatos homines intelligit h. l. Apostolus. Tametsi enim colloquia prava bonos mores facile corrumpant 1Cor. 15, 33. istos tamen, pii & fideli Christi, non semper declinare possunt, quemadmodum Christi ipsius exemplo manifestum est, qui tam cum Phariseis, quos alias peccati in Sp. S. reos peragebat Matth. 12, 32. quam cum Publicanis & peccatoribus, quorum conversionem quarebat, sapius conversabatur & convivabatur Matth. 9, 10. Luc. 15, 2. c. 19, 7. Fuga itaq; Mundii h. e. improborum hominum, non tam de civili cum iis conversatione, quam de morali imitatione, explicanda venit, quam tamen primaria intentione Jacobus h. l. non vult intelligendam.

§. 17. Sed intelligit potius imputas carnis, oculorumq; concupiscentias, voluptates, vita superbiam, qaz qui diligit, in eo non est Charitas Patris (nec active, nec passivè) in quo autem Charitas Patris non est, in eo neq; Charitas proximi esse potest, velut invictè arguit Johannes Epist. 4, 20. Imprimis autem & in specie, lingvæ maculas vitare jubet Jacobus, si quis vera & immaculata Religionis consors esse cupit. Brevisiter: ἀσπλος se custodire à Mundo, i.e. vel (1) ab hominibus mundanis, quo sensu vocabulum *Mundus*, sapientia in sacris sumitur, ab impiis (imitatione, vel etiam, nisi necessitas exigat, conversatione) quorum plenus mundus, à malis mundi exemplis. vel (2) à mundanis Voluptatibus, cupiditatibus, inquinamentis & peccatis. Quam in rem eleganter August. Fuge mundum, si vis esse mundus, si tu es mundus, jam te non delectat mundus. Fuge Creaturas, si vis habere Creatorem. Omnia Creatura vilescit, cum Creator in corde dulcescit. Dulcescit autem Creator in corde cum primis, si securum illud sit, nec ullis vexetur scrupulis, in Religione erga DEum, & officiis charitatis intemerata erga proximum. De his agit Jacobus, quà literam, quia tamen hac, illam intimè includunt: *Quia enim, verba sunt Magnis. Dn. D. Calov. Illustr. Bibl. T. 4, p. 1408.* hoc postremum, immaculatum se custodire ab hoc seculo, ita comparatum est, ut comprehendat quog. cultum DEI immediatum, utpote quo nos à mundo separamus; idèo & nos, posito primò & constituto genuino veræ Religionis Fundamento & Principio, ad officia in proximum conferenda descedimus. Itaq; è *ejacita.*

## *II. THEOLOGICA.*

**E**xpedivimus Dissertatione priore, Vanam Pseudo-Christianorum Religionem, ex falsis Principiis optimè cognoscendam. Expendimus C

cipiens, ut odio habeamus tunicam varie maculatam. De maculis corporis *Naturae* usurpat Jacobus in Epist. c. 3, 6. de maculis corporis *My*  
*stic* Paulus Ephes. 5, 27. In nostro transfertur ad Animum, ceu *τον ανθρα*  
*ριον της Religionis*, corpore tamen non omnimodo excluso. Unde  
a minori: si leves, summam tantum cutem nullo vitio variantes, maculas detestari convenit, quanto convenientius erit abominari maculas, quæ totum corpus, universamq; rotam nativitatis nostræ maculant intimèq; permeant. Deinde, si corporis & vestium maculae præcavenda, quanto fugiendæ magis Animi Animæq; fordes. Sunt autem omnia peccata, etiam minima (tametsi absolute in suo genere nullum sit parvum) utiq; illæ maculae, quæ & vestera justitia, quæ Anima primitus vestita fuit, nunc autem per fidem vicissim indumento salutis vestitur, & stola sanctitatis consergitur Es. 61, 10. quarum utræq; Renati ornantur Col. 3, 27. 2 Pet. 2, 20. Apoc. 3, 4. turpiter fodant & contaminant. Peccata sunt maculae, quæ corpus, ceu vestem Animæ, ulceribus, variolis, variisq; pusulis deturpant, ut in Jobo Joh. 2, 7. & Lazaro Luc. 16, 20. videre licet. Ab his ergo omnibus, quantum quidem humana infirmitas & fragilitas, ab alto virtute Sp. S. roborata, permittit, custodire se tenetur, nisi puram & immaculatam Religionem sectari vult, id enim est ἡσπίδων εἰσήρνησιν. Ubi & ellipsis τε καὶ, quam Latinus & B. Lutherus suppiuerunt, no-  
tanda venit.

§ 16. Απὸ τοῦ κόσμου propriè ornatum muliebrem i Pet. 3, 3. ordinem item & rationem, interdum verò modum, modestiam seu moderationem significat: quandoq; decus, honorem & dignitatem. Ita Philosop. Ἀριστοτέλης κόσμος, ubi Budæus exponit, *καὶ εἴτε appara-*  
*tus ea descriptio vel ratio collationis*. Idem καὶ σὺν πολιτείᾳ dixit, pro ratione benè & ordinata & administrata Reipub. Unde & hoc universum, à perfecta absolutaq; elegantia, mensurâ, ordine & ornatum κό-  
σμος appellatur, veluti vicissim scribit Aristot. Universum itaq; ipsum re-  
ctè κόσμον nominaveris, h. e. compagm retum compositam, rectoq; or-  
dine digestam. Sap. 11, 21. Porro κόσμος quandoq; idem est quod ἀρχής: aliquando idem quod Magistratus, quem qui gerebant apud Cre-  
tenses κόσμοι, apud Lacedæmonios ἄρχοι dicebantur. Nulla harum significationum nostro Jacobæo convenit, quippe, qui neq; ornatum, (quem quidem assequitur consequenter, qui immaculatum se custodit à Mundo, quo quis ornatus præstantior aut elegantior dari potest?) neq;  
Systema coeli terræq; aut cœli solius, quæ utiq; hominem, extra eum po-  
sita,

sita, inquinare nequeunt. Math. 7, 14. Sed neq; impuros variisq; vitiis maculatos homines intelligit, h. l. Apostolus. Tametsi enim colloquia prava boni mores facile corruptant 1 Cor. 15, 33. istos tamen, pii & fide-  
les Christi, non semper declinare possunt, quemadmodum Christi ipsius exemplo manifestum est, qui tam cum Phariseis, quos alias peccati in Sp. S. reos peragebat Matth. 12, 32. quam cum Publicanis & peccato-  
ribus, quorum conversionem quarebat, sapius conversabatur & convi-  
tabatur Matth. 9, 10. Luc. 15, 2. c. 19, 7. Fuga itaq; Mundi h. e. improbo-  
rum hominum, non tam de civili cum iis conversatione, quam de morali imitatione, explicanda venit, quam tamen primaria intentione Jacobus h. l. non vult intelligendam.

§. 17. Sed intelligit potius impuras carnis, oculorumq; concupiscentias, voluptates, vita superbia, quæ qui diligit, in eo non est Charitas Patris (nec active, nec passivè) in quo autem Charitas Patris non est, in eo neq; Charitas proximi esse potest, velut invictè arguit Johannes 1 Epist. 4, 20. Imprimis autem & in specie, lingua maculas vitare jubet Jacobus, si quis vera & immaculata Religionis consors esse cupit. Bre-  
viter: ἀσπλόν se custodire à Mundo, i.e. vel (1) ab hominibus mundanis,  
quo sensu vocabulum Mundus, sapientis in sacris sumitur, ab impiis (imita-  
tione, vel etiam, nisi necessitas exigat, conversatione) quorum plenus  
mundus, à malis mundi exemplis. vel (2) à mundanis Voluptatibus, cu-  
piditatibus, inquinamentis & peccatis. Quam in rem eleganter August.  
Fuge mundum, si vis esse mundus, si tu es mundus, jam te non delectat mun-  
dus. Fuge Creaturas, si vis habere Creatorem. Omnis Creaturam vilescit,  
cum Creator in corde dulcescit. Dulcescit autem Creator in corde cum  
primis, si securum illud sit, nec ullis vexetur scrupulis, in Religione erga  
DEum, & officiis charitatis intemerata erga proximum. De his agit Ja-  
cobus, quæ literam, quia tamen hæc, illam intimè includunt: Quia enim,  
verba sunt Magnif. Dn. D. Calov. Illustr. Bibl. T. 4, p. 1408. hoc postre-  
num, immaculatum se custodire ab hoc seculo, ita comparatum est, ut  
comprehendat quoq; cultum DEI immediatum, utpote quo nos à mundo  
separamus; ideo & nos, posito primò & constituto genuino veræ Religio-  
nis Fundamento & Principio, ad officia in proximum conferenda defce-  
demus. Itaq; ἐξαστία.

## II. THEOLOGICA.

Xpedivimus Dissertatione priore, Vanam Pseudo-Christianorum  
Religionem, ex falsis Principiis optimè cognoscendam. Expen-  
dimus C

dimus hac præsente, *ēḡz̄as* Philologicam, ubi & observationes ad evidentiā textus, & praxin Fidei utiles, interspatsumus. Jam quoq; Puratq; immaculata Religionis videndum Principium, quo in Arce Veritatis constituto, non, potest non veritas simul religionis patescere. Hic enim vicissim valet Regula : *A veritate Principii, ad Veritatem Conclusionis* (sponte videlicet, liquidò, immediate fluentis, non ruentis, quomodo ex vero sāpe, per accidentem, falso inferri nemo iverit inficias,) *Valida est consequentia.* Antequam igitur veram atq; immaculatam verēq; Christianam Religionem determinemus, genuinum ejusdem, ex quo luculenter cognosci & ab aliis erroneis discerni possit, constituentem & præsupponendum Principium, quod sequens exhibet.

### THEOREM A.

*Scriptura S. Canonica, est (A) Perfecta & sufficiens, (B) Clara & Perspicua, (C) Sola & Unica, in Ecclesia à Dō ordinata Mensura, Norma, Regula & Principium Rerum sacrarum & Religionis, per quam Spiritus S. judicariam divinam Majestatem exercet ordinariè.*

s. 1. (A) *Scriptura S. Canonica, est perfecta & sufficiens norma & Regula rerum sacrarum & Religionis.* Perfectam dicimus Scripturam S. Non (1) Perfectione absolutā, omnescibile divinum & humanum comprehendente: haec enim militanti Ecclesiā non competit, Non (2) Literali expressione omnium dogmatum controversorum, sive olim, sive hodie dum agitorum, in terminis terminantibus, scholasticis atq; Ecclesiasticis. Non (3) expersā accomodatione speciali ad causas singulares. Non (4) perfectā enumeratione variorum rituum, ex Libera Ecclesiā usurpatione introductorum, ad fundamentum causamq; fidei non pertinentium. Non (5) Perfectione uniformi & æquali omnibus Ecclesiā temporibus, quandoquidem etiam papai, suo Pontifici amplius lumen, in pernoscendis mysteriis divinis adscribunt, quam Judaicę Ecclesiā datum fuit. Non (6) Perfectione quæ excludat, sive Ministrotum explicationis & applicationis, sive antiquitatis sacræ, intemerata adhuc, monumenta. Apage interim patres sequiores, cum Patribus, Prophetis & Apostolis *auḡm̄a* minimè comparando, aut in eadem dignitatis statione colligandos, quorum tamen scriptis, ut ornamentis ancillis & perspectivis uti sanè

sanè licet. Non (7) Perfectione historicā, quæ Annorum & gestorum seriem particularem, per omnia mundi secula continet. Talem enim perfectionem, uti nec d' Deus scripturæ incerte voluit, alias eò viros *θεοτόκους* direxisse & duxisset : ita neq; ullus, vel Orthodoxorum defendit unquam, vel Parrum sincerorum, aut ipsorum summus Pontificiorum in Sacris Lit. desideravit, sed nec ipsa deniq; Ecclesia papaz, sibi, aut suo Pontifici, arrogare haec tenus tentavit.

S. 2. Sed intelligimus Perfectionem (1) quæ divina cognitionis media ad obtainendum finem supernaturalem necessaria, sufficienter, & quoad rem, & quoad claritatem, continet : sic, ut nihil divini consilii ex cogitari possit, quin jam sit præceptum : nulla unquam hæresis excogita ta, quin prius hic damnata : nulla tentatio incidit, quin hic medicinam invenerit : nullus casus conscientia subnatus, quin hac in curia decisus : tantum pio lectore & reperto opus est, qui cum in papatu deficit, ideo Traditionum, quo scriptura perficiatur supplemento opus fuit. (2) Quæ principalia generalia & specialia subministrat, ex quibus, de quibusvis casibus fidei decernere possimus. (3) quæ omnes Articulos fidei proponit. Esto enim, extent Traditiones de adiaphoris, ritualibus, morum praxi, sensu locorum obscuriorum, historicis, (quo traditionem de canone referimus,) sunt tamen illæ extra ordinem necessitatis intimatae. (4) quæ Regulas tamen aptas habet etiam rituum, sive sumendorum, sive omittendorum, sive mutandorum. (5) quæ suā Naturā substantiale aliquod supplementum ad salutem, cum iis, quæ in scriptura extant, ordinatum, non admittit, sive illud sit Traditio, sive Papæ dictamen, sive Conciliorum conclusum. *Licet nos*, ait Apostolus Gal. 1, 8. *aut Angelus de celo*, (cujus tamen non est revelare divina mysteria, uti nec Pauli hominis, insensu diviso, extra Φρεγγά θύραν) *predicaverit* (sive ore, sive calamo) *Vobis Evangelium* (non solum contra, sed &c) *prater* (&c hoc ipso contra, quia prater : peccat enim, non solum qui repugnat statutis Principis, verū etiam, qui aliquid prater ea promulgat, à Sapientia & Con filio Principis alienum) *id quod predicavimus vobis*, *anathema sit.*

S. 3. (6) Perfectionem, quæ Scripturæ debita, & ut nunc est competit, & credendis, ut Ecclesiæ Novi Test. proposita sunt, adæquata est. Dico, *debita*, tūm temporis, tūm sortis humanae ratione. Scriptura v. g. V. T. habuit suam justam pro illo tempore perfectionem ; unde omnia consilia divina aperuit Apostolus, nihil tamen extra scripturam locutus. Habet quodlibet caput biblicum, quilibet versiculus, quælibet Epistola

dimus hac præsente, ἐργασία Philologicam, ubi & observationes ad evidentiā textus, & praxin Fidei utiles, interspersimus. Jam quoq; Puræ atq; immaculata Religionis videndum Principium, quo in Arce Veritatis constituto, non, potest non veritas simul religionis parescere. Hic enim vicissim valet Regula : *A veritate Principi, ad Veritatem Conclusionis* (sponte videlicet, liquido, immediate fluentis, non ruentis, quomodo ex vero s̄pē, per accidens, falso inferri nemo iverit inficias,) *Valida est consequentia.* Antequam igitur veram atq; immaculatam verèq; Christianam Religionem determinemus, genuinum ejusdem, ex quo luculenter cognosci & ab aliis erroneis discerni possit, constituentem & præsupponendum Principium, quod sequens exhibet.

### THEOREM A.

*Scriptura S. Canonica, est (A) Perfecta & sufficiens, (B) Clara & Perspicua, (C) Sola & Unica, in Ecclesia à Dō ordinata Mensura, Norma, Regula & Principium Rerum sacrarum & Religionis, per quam Spiritus S. judicariam divinam Majestatem exercet ordinariē.*

§. 1. (A) *Scriptura S. Canonica, est perfecta & sufficiens norma & Regula rerum sacrarum & Religionis.* Perfectam dicimus Scripturam S. Non (1) Perfectione absolutā, omnescibile divinum & humanum comprehendēnate: hæc enim militanti Ecclesiæ non competit. Non (2) Literali expressione omnium dogmatum controversorum, sive olim, sive hodie dum agitatorum, in terminis terminantibus, scholasticis atq; Ecclesiasticis. Non (3) expersâ accommodatione speciali ad causas singulares. Non (4) perfectâ enumeratione variorum rituum, ex Libera Ecclesiæ usurpatione introductorum, ad fundamentum causamq; fidei non pertinentium. Non (5) Perfectione uniformi & æquali omnibus Ecclesiæ temporibus; quandoquidem etiam papæ, suo Pontifici amplius lumen, in pernoscendis mysteriis divinis adscribunt, quam Judaicæ Ecclesiæ datum fuit. Non (6) Perfectione quæ excludat, sive Ministrorum explicationis & applicationis, sive antiquitatis factæ, intemeratæ adhuc, monumenta. Apage interim patres sequentes, cum Patribus, Prophetis & Apostolis diligenter minimè comparandos, aut in eadem dignitatis statione colloquendos, quorum tamen scriptis, ut ornamenti ancillis & perspectivis uti sanè

sanè licet. Non (7) Perfectione historicâ, quæ Annorum & gestorum seriem particularem, per omnia mundi secula continet. Talem enim perfectionem, uti neq; Deus scripturæ inesse voluit, alias cō viros θεοπνέους direxisse & duxisset: ita neq; ullus, vel Orthodoxorum defendit unquam, vel Parrum sincerorum, aut ipsorumines Pontificiorum in Sacris Lit. desideravit, sed eccl ipsa deniq; Ecclesia papæ, sibi, aut suo Pontifici, arrogare haec tenet.

§. 2. Sed intelligimus Perfectionem (1) quæ divina cognitionis media ad obtainendum finem supernaturalem necessaria, sufficienter, & quoadrem, & quoad claritatem, continet: sic, ut nihil divini consilii excogitari possit, quin jam sit præceptum: nulla unquam hæresis excogita, quin prius hic damnata: nulla tentatio incidit, quin hic medicinam invenerit: nullus casus conscientia subnatus, quin hac in curia decisus: tantum pio lectore & repertore opus est, qui cum in papatu deficit, ideo Traditionum, quo scriptura perficiatur. Supplemento opus fuit. (2) Quæ principalia generalia & specialia subministrat, ex quibus, de quibusvis casibus fidei decernere possimus. (3) quæ omnes Articulos fidei proponit. Esto enim, extent Traditiones de adiaphoris, ritualibus, morum praxi, sensu locorum obscuriorum, historicis, (quo traditionem de canone referimus.) sunt tamen illæ extra ordinem necessitatis intimatae. (4) quæ Regulas tamen aptas habet etiam rituum, sive sumendorum, sive omittendorum, sive mutandorum. (5) quæ suâ Naturâ substantiale aliquod supplementum ad salutem, cum iis, quæ in scriptura extant, ordinatum, non admittit, sive illud sit Traditio, sive Papæ dictamen, sive Conciliorum conclusum. *Licet nos, ait Apostolus Gal. 1, 8. aut Angelus de celo,* (cujus tamen non est revelare divina mysteria, uti nec Pauli hominis, insensu diviso, extra Φορρ' θεοπνέους) *predicaverit* (sive ore, sive calamo) *Vobis Evangelium* (non solum contra, sed & præter & hoc ipso contra, quia præter: peccat enim, non solum qui repugnat statutis Principis, verū etiam, qui aliquid præter ea promulgat, à sapientia & Conilio Principis alienum) *id quod predicavimus vobis, anathema sit.*

§. 3. (6) Perfectionem, quæ Scripturæ debita, & ut nunc est competit, & credendis, ut Ecclesiæ Novi Test. proposita sunt, adæquata est. Dico, debita, tūm temporis, tūm sortis humanæ ratione. Scriptura v. g. V. T. habuit suam justam pro illo tempore perfectionem; unde omnia consilia divina aperuit Apostolus, nihil tamen extra scripturam locutus. Habet quolibet caput biblium, quilibet versiculus, qualibet Epistola

suam, quam Sp. S. ei admittitur perfectionem, habet etiam totum corpus biblicum, perfectionem, quanta viatori ad viæ certitudinem, & termini consecutionem necessaria est. (7) Perfectionem Virtualem, non illam tamen, quam adversarii definiunt mediatam, radicalem, implicitam, commendatitiam, remissivam, quâ Scriptura nobis commendat traditio-nes & ad eas ablegat. Sic enim totius S. Codicis vicem præstare potui-sent hæc due voces: *Dic Ecclesia*; sed immediatam, quâ dogma fidei, to-tidem syllabis in Scripturis non expressum, per invincibilem & irrefraga-bilem consequentiam, è S. Literis expressis evidenter fluit. Atq; hoc ceu testimonium propheticum est ipsum DEI verbum.

S. 4. (8) Perfectionem testamentariam, quæ naturâ sua nullam adimit additionem heterogeneam, ad verbum DEI scriptum, aut de-tractionem, juxta illud Domini: *Non addetis, nec auferetis de eo*, Deut. 4, 2. qui enim addiderit aliquid heterogeneum, addet DEus penas in hoc libro scriptas, qui autem abstulerit, auferet DEus partem ejus de Libro vite, Apoc. 22, 18. 19. (9) Perfectionem negative argumentatricem, non solum è luce negante; sed & negata, ut colligas cum Apostolo: *Quod in Scriptura dictum non est, id etiam verum non est*. Cum alijs argu-mentum à testimonio humano, negative non concludat. Deniq; (10) Perfectionem, finaliæ consistente in ipsa sufficientia eorum, quæ credi-tu, factu, speratuq; necessaria sunt.

S. 5. Pontificii communiter, summo cum propudio sacrarum Lit. negativam tenent, & mordicus defendant. Roffensis art. 27. p. 585. *Falsum est*, ait, quod omnia que ad fidem pertinent, vel ad Leges morum vel operum, plene sunt in scripturis exposta. Lindan. Panopl. I. 5. c. 7. sive, inquit, Protestantes semi Evangelici Doctores, qui existimant omnia ne-cessaria uno Bibliorum libro contineri, cum Verbum DEI ex duabus con-set paribus scripto, & nō scripto. Censura Colon. Dial. 6. Pestilentissima (sanè pestilentissima vox) heresis est, nihil esse credendū, nisi quod Scriptura a-perie docet. Canus I. 3. L. Th. c. 3. Non omnia, ait, que ad doctrinam Chri-stianam pertinent, sunt etiam nunc in S. L. expressa, sed multa pertinent ad Christianam doctrinam & fidem, que nec aperte, nec obscurè in S. Lit. con-tinenetur. Quid Eccius, Perefius, Valentianus, Bellarm. Costerus aliq; magno numero, juxta receptam in Scholis Pontificiorum opinio-nem, hac de re sentiant & doceant, propriis ipsorum summet, verbis, prolixè exposuit B. noster D. Gerhard. Confess. Cathol. L. 1. P. 1. c. 1.

S. 6. Affirmativa nostra reboratur (1) Expressa & diserta appella-tione

zione; lex Jehova perfecta, sapientiam prestantis parvulis Ps. 19, 8. Ubi Da-vid, ipsis Pontificiis quibusdam suffragantibus, detota Doctrina coelesti loquitur. (2) A causa Efficience principali, quæ est DEus sapientissimus & perfectissimus, à quo nihil nisi perfectum. Scripture, ait Irenæus, sunt perfecta, quippe à verbo & ejus spiritu dicta. (3) A Materia Scripture S. quæ est, omne consilium de salute hominum. Quod enim Paulus dixit scripsitq; id dixerit & scripsere Moses & Propheta Act. 26, 22. Omne con-silium divinum est id, quod Paulus dixit scripsitq; Act. 20, 27. Ergo. Vel ita plenius: Qui à Spiritu S. illuminatus, in perfecta fidei Christianæ apo-logia, ad unicum Principium S. L. provocat, sateturq; se omnia in N. T. credenda, ex V.T. oraculis h. auctor, is ex Sp. S. sententia, Verbum DEI scri-putum, pro sufficienti & perfecta fidei defendenda norma statuit. Atqui Paulus Apostolus à Sp. S. illuminatus, in perfecta sui apologia, coram Festo & Agrrippa, illud facetur. Ergo.

S. 7. Major confirmatur (a) Quia quod ex Sp. S. illuminatione tale statuitur, illud sufficienter & perfectissime tale est. Oracula enim divina Sp. S. constant autoritate, à qua etiam unicè pender, normam & principium judicandi de rebus aut revelationibus divinis determinare. (c) Quia, quod ad apologiam fidei Christianæ, in Articulis quam pluri-mis, in controversiam vocata perfectam sufficit, id etiam sufficit ad perfe-ctam informationem & commensurationem controversiarum Religio-nis Christianæ. (γ) Quia per eadem Principia & fundamenta fides Chris-tiana defenditur, per quæ constitutur. (d) Quia in serua & plena apolo-gia fidei Christianæ, Sancti DEI homines, semper ad normam Principi-umq; sufficiens & perfectum, illius fidei, provocaverunt. (e) Quia si libri V. T. à Mose & Prophetis traditi, continent omnia ea, quibus Christia-na fides, contra pertinacissimam impugnatores, Judæos & Gentiles, propagari potest, rauclò magis universus completus Canon Librorum V. & N. T. constans, erit perfectum & solidum fidei Christianæ Pri-ci-pium. Minor ex ipsis locis adductis certissima.

S. 8. Frustra hic oggerunt Jesuitæ, Apostolum Act. 26, 22. loqui tantum de paucis Articulis, quorum v. 23 mentio fit, videlicet, de Pas-sione & Resurrectione Domini Jesu. Nam absolute dicit Paulus, se ni-bil extra ea quæ vaticiniis Propheticis continentur, dixisse; adeoq; nibil illud, sine determinatione à Paulo enunciatum, ad certum Articu-lorum divinitùs revelatorum numerum restringi, debere, extextu, ut pla-q; non appareat, ita deduci nequit. Qui enim nihil extra vaticiniorum prophete-

modum Scripturæ, sed nihil etiam per modum doctrinæ, in eo clare non comprehenſe, addi potest, illud, quoad doctrinalia, omnimoda perfectione gaudet. Atqui Scriptura canonico libru comprehensa, ita est ad finem ultimum supernaturalem, qui est at. beatitudo, proportionata, ut illi, non tantum à promissua multitudine, sed etiam à sacrorum Ministeris ordinariis, aliquid, ad substantiam Articulorum pertinens, aut novum salutis dogma continens, sive per scripturam, sive per Doctrinam, aut addi, aut demī non debet, Ergo.

§. 12. Parum&hic proficiunt Bellarum. Peresius, Bonfrerius aliiq; qui locum adductum non ad scriptum, sed traditum Verbum trahunt vel, sermonem hic esse, tantum de fentatecho Mosis, itaq; non posse ad cultores N.T. extendi, ut pote quibus Lex & cultus DEI, in generalibus cordis, scripta sunt, quos Christus legislator, per se & suos discipulos, docere voluit. Siquidem oraculum Mosaicum ad universam Scripturam, prout libris V.&N.T. constat, pertinere, inde luculentum est; quia de illo verbo loquitur Moses, quod DEUS ad ipsum locutus est. Sed quicquid DEUS ad Mosen locutus est, id Moses scriptit, & posteris etiam sub ratione Scripturæ custodiendum præcepit Exod. 17, 14. c. 24, 12 14. Luc. 11, 2. Deut. 31, 9. 19. 24. c. 32, 46. Non enim Orator tantum ad populum Israeliticum, sed etiam Anaueuensis fuit Moses, qui singula accuratissime annotavit. Unde Deut. 31, 9 mandat, ut liber Legis scriptus ad latus Aerc in Sanctuario collocetur, velut sanctissime custodiendus. Deinde, de illis verbis divinis loquitur Moses, quibus annexum est maledictum. Sunt enim eadem planè verba ore divino prolatæ, qua hic sub promissione salutis & vitæ custodienda, sanctæ, servanda proponuntur, & alibi sub comminatione perpetuae maledictionis & abominationis injunguntur. Sed non tradita solum, verum etiam post traditionem diligenter & totaliter Icripta, sunt illa verba, quorum obſervatio sub maledictionis periculo proponitur Deut. 27, 27. c. 28, 58. c. 29, 20. 27. Gal. 3, 9. Ergo.

§. 13. Alter locus, quem circa Finem Scripturæ, pro ejus Perfectione & sufficientia, urgemos, est 2 Tim. 3, 16. qui tale suppeditat argumentum: Cui illuminationi omnes actus necessarii, ad imperandum est. beatitudinem, tribuuntur, quibus actibus positis, ex principio cognitionis, perfectissima oritur ad justitiam, & bona opera informatio & instructio, illud est sufficiens Principium tradende, explicande & defendende Christianæ Religionis. Atque illuminationi divinitus inspiratarū Scripturarū S. Canonis, omnes actus necessarii, ad imperandum est. beatitudinem tribuuntur, quibus

quibus positi ex principio cognitionis perfectissima oritur ad justitiam & bona Opera informatio & instructio. Ergo, Illuminatio Canonis divinitus constituit, est sufficiens principium Christianæ Religionis tradenda explicande & defendende. Major clara est: Illuminatio enim, quæ illos actus ponit in intellectu, qui necessarii sunt ad imperandum est. beatitudinem, quam intellectus intendit, est adæquata summa fini illuminatio, ac proinde nascitur ex principio sufficienter illuminante.

§. 14. Minor probatur: Quia sermo est Apostolo, de solis S. Lit. tanquam principio ordinario, consequendæ quadruplicis illius utilitatis, & inde dependentis perfectionis in justitia. Negant hoc quidem Tanner, Eltius, & alii, sed frustra: Nam primo, ταῦτα & τὰς, ita sapientissime universalitatem aut totalitatem notant, ut simul etiam subintelligatur, soli illi rei attributum, sub illo signo, competere. Sic Matth. 3, 5. dicitur, quod ad Iohannem in Jordane baptizantem, exiverit ταῦτα οὐδεὶς οὐδὲ ταῦτα περίχωρος τοῦ ἰορδάνου, ubi & universalitas seu multitudo exercituum notatur, & simul innuitur, non Syros, Arabes, Æthiopes, Persae, multò verò minus Europæos exercituum ad Iohannem, sed solos Iudeos cis jordanenses. Ita Matth. 5, 23 de Christo dicitur, quod sanarit ταῦτα σώσον, omnem morbum h. e. solum morbum, quandoquidem prædicatum sanandi, de solis morbis dici potest: Similia sunt Matth. 7, 8. 24. c. 28, 20. ubi Christus dicit, ταῦτα οὐαῖτε λαύπτε, docete servare, ita ut omnia & sola ea, qua Christus præcepit, docenda & servanda mandet. Deinde, omnes circumstantiae textus, manifeste illud evincunt: mandat enim, ut in iis, quæ didicit & credit Timotheus, permaneat. Additq; mox rationem: quia certus sit, se illa ab ipso didicisse, qui divina autoritate docuit illa, quæ ipse didicit. Et hinc mox subiungit alteram: quia divinarum Literarum, ab infantia cognitarum, doctrinæ, eam sapientiam consequi possit, quæ sufficienter confirmari & roborari possit, in illis, quæ didicit & credit.

§. 15. Suffragia Venerandæ Antiquitatis purioris, ipsorumq; Pontificiorum, vetustiorum & recentiorum, pro Scripturæ Perfectione & sufficientia, tam diligenter collegerunt Nostrates, B.D. Gerhard. Confes. Cath. p.m. 15, & Dn. D. Dorsch. Pentad. Disp. X. ut nec spicilegium nobis reliquerint, quæ, qui cupit, inde petat.

§. 16. (B) Clara & perficua est Scriptura S. omnes fidei Articulos, omnibus ad salutem scitu creditur, necessarios, & præcepta morum nō solum sufficienter, ut jam evictum, contineat; sed etiam clare & perficue eosdem

*propositus.* Dico: *Articulos fidei, & que ad salutem scitu creditu*s*, necessaria cuilibet sunt.* Non enim queritur (1) An quædam in Scripturis obscurius dicta, difficiliorave intellectu sint, quod nemo sanus negaverit, aut negavit unquam. Articulos autem fidei, nec non præcepta morum, quoad verba, sub quibus sape latent mysteria abstrusissima: ut enim res facillimæ, verbis obscurari possunt, ita res difficiles, liquidissimis verbis proponi, perspicuè ibi tradi (videlicet unum quodq; in propria sede, et si non semper in locis, à principali dependentibus, de quibus ex principali judicandum, indeq; illorum explicatio petenda,) tam certum est, quam solem esse lucidum. Rectissime proinde B. Luther. *Multa*, inquit, *Scriptura loca, quoad verborum & sententiarum involucra sunt obscura, sed nullum dogma est obscurum.* Quorsum & August. l. 2. de Doct. Christ. c. 6. *Magnificè*, ait, & salubriter S. *Spiritus Scripturas ita temperavit, ut locis apertioribus fami occurreret, obscurioribus autem fastidium deterget.* Nihil enim ferè de obscuris atibus istis eruitur, quod non planissimè alibi dictum reperiatur. (2) Non dicimus Scripturam S. in omnibus omnino locis, in quibus de fidei dogmatibus & præceptis morum tractat, ita perspicuè loqui, ut primo statim intuiu, plenè ab omnibus intelligatur, sed hoc asserimus, nullum esse fidei Articulum, nullum vitæ præceptum, quod non alicubi verbis propriis, claris & perspicuis, in Scriptura proponatur. Nolumus (3) Scripturam dicere perspicuam eatenus, ut excludat pium & quotidianum studium, in Scripturæ lectione, meditatione piâq; oratione, ad discutiendas mentis nostræ tenebras, per internam Sp. S. illuminationem: aut adminicula, ad genuinam Scripturæ interpretationem, necessaria. Non enim solum adhibendum est studium, ad S. Lit. discendas, verùm etiam supplicandum Domino, obsecrandumq; diebus ac noctibus, ut veniat Agnus de tribu Juda, & ipse accipiens librum signatum, resignare dignetur, ipse enim est, qui Scripturas adaperiens, accedit corda Discipulorum, ut dicant: Nonne ardebat cor nostrum intra nos, cum aperiret nobis Scripturas? *Luc 24, 32.*

§. 17. *Observandum* (4) Perspicuitatem vel Obscuritatem Scripturæ, duplicitate posse considerari: vel (1) ratione mysteriorum, quæ traduntur, vel ratione ipsius traditionis. Illo modo si queratur, an ea mysteria, accommodata sint ad captum humanum, et cognosci possint facile, an secus? tūm sine omni scrupulo respondemus, nihil esse obscurius Scripturis S. quia tractant ejusmodi res, quas nulla unquam mens humana consequi possit, adeò ut in illis speciali revelatione fuerit opus, alias nun-

anquam investigandis, imo, cum accesserit revelatio, fide indubitate humiliiter amplectendis, nō autem curiosius Ratione scrutandis. Sed cum de ipsa credendorum mysteriorum ratione agitur, sensus est: utrum, quæcunq; dogmata in Scripturis tradita sunt, ea ex his Scripturis intelligi queant? h. e. an ita tradantur, ut ex his Scripturis certò constare possit, quid sit de iis fide tenendum? quod interpidè affirmamus; vel (2) ratione graduum & circumstantiarum. Major enim Lux in Elementis & fidei dogmatibus, quam vaticiniis. Major in propria sede Articuli, quam in loco dependente. Major in N. quam in V. Testamento.

§. 18. *Nihil & hic, ubi de Perspicuitate S. Lit. agitur, frequentius est in ore Pontificiorum, quam, verbuna DEI Scriptum esse obscurum, ideo fatuo traditionum igne collustrandum.* Canisius Catech p. 44. *Scriptura*, inquit, in illa, que continet & proponit, est veluti nasus cereus, non præbens aliquam certam & immoriam sententiam, sed qua in quamvis interpretationem fletri possit.

Baldv. Junius Manual. Th. l. 12, c. 7. *Spiritus S. Scripturam voluit esse obscuram, nec id sine magnaratione.* Bellarm. l. 3. de V.D.c.1. *Manifeste falsum est, Scripturas S. esse per se facillimas.* & l. 3. de R.P. c. 21. *Ambiguae & obscurissimas in pleriq; locis esse, non solum Papa verisime docet, sed omnes etiam veteres Patres.* Pistor Hodogeri Ecclesia insert S. *Scriptura lucem, sine qua tota est obscura & tenebrosa.* Idem Censura Colon. Valentianus, Salmeron & alii Pontificii communiter docent. *Hallucinantur* tamen, verba sunt D. Himmelii Syntagma. Disp. 2. § 47. *Papicole & Calviniani, Scripturam S. etiam in propria articulorum fidei sede, ambiguitatis & obscuritatis accusantes.* Num DEUS & mentis & vocis & lingue artifex, dicere loqui non potuit? querit Lact. l. 6. Inst. c. 21. *Omnia clara, plana & perspicua sunt*, ait Chrysost. in 2 Thess. 3.

§. 19. Nos Scripturam S. Perspicuam esse probamus (1) *Ex ipsa Scriptura Psal. 19, 9. Preceptum Domini lucidum, illuminas oculos.* Quod vero ita lucidum est, ut oculos mentis illuminet, illud clarum & perspicuum esse oportet, nec opus habet luce fornicatus inferenda, nisi duo contradictionia quis simul vera esse, dicere velit. Sed Scriptura S. &c. Ergo. Confer Prov. 6, 23. Psal. 119. 109. *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis.* Quod autem habet se instar lucernæ & lucis, viam salutis nobis ostendens, illud etiam, sicut Lux & lucerna, clarum & perspicuum esse oportet, alias falsò hos illi effectus attribueris. Sed Scriptura S. &c. Ergo. *Ubi cum primis notandum Ebraeorum* ¶ red.

reddendam, non per laterna, à latendo, cui, ut luceat in loco caliginoso, extrinsecus lux inferenda; sed per Lucerna, à lucendo, quia in se & per se, sive ope alterius, extra adventantis lucis, lucem suam obtinet.

S. 20. Nihil agit Bellarminus cum asseclis, qui locum Psal. 19, exponit, non de universa Scriptura, sed tantum de Præceptis Domini. Quandoquidem falso supponit, quod imprimis erat probandum. Non enim præceptis salem, sed universa Scripturæ, illa prædicata tribuerda esse, docet non tantum res ipsa, & contextus loci, sed ipsi etiam agnoscent Pontifici. Genebrandus, *Per legem*, inquit, *aliqui intelligunt totam Scripturam, non eam tantum Scriptura partem, que est de agendis, caverendis, veletiam credendis.* Francisc. de Puteo. Laudat, ait, hic David præcepta V. & N. Test. Ipse Bellarm. scribit, *David nomine Legis, non intelligit decem illa præcepta solū, sed omnes divinas Scripturas.* Idem & Thom. Aquinas Evangelicæ Veritatis Testis, apud Dn. D. Dorsch. p. 15. seq.

S. 21. Gretserus ad Psal. 1:9, 105. est, inquit, *Lucerna, non quod per se nobis luceat, sed quia quando ab Ecclesia explicatur, tum demum nobis lucet, quemadmodum in Scholi Philosphorum, Metaphysica & Mathesis, quando illustrantur lucent.* Sed quid hoc, Gretsero, aliud, quam Sp. S. aperte mendacii arguere? Is enim expreſſe lucernam lucentem in loco caliginoso 2 Pet. 1, 19. nō verò laternam latente in obscuro, aut fornicus lumen exigentem, appellat: *Lucernam illuminantem locum obscurum, non verò locum ipsum, aut diaphanum illuminatum.* Deinde, si Scriptura S. tum demum lucerna est, quando ab Ecclesia illuminatur, etiam aer & quolibet diaphanum, hoc sensu lucerna dici poterunt, quia Luce Solis illuminantur. *Eadem ratione ita egregie B. D. Aeg. Hunn. posset dici, nostris hominibus lingvam Arabicam esse Lucem & lucernam,* idq; deinde sic interpretari, si ab illis intelligatur esse lucidam. *Sic folia Sybilla & oracula Delphica, lucernæ dici posse.* Deniq; hoc pacto nihil amplius, in omnibus literis, in & extra mundum, obscurum fuerit, ipse quoq; tenebre Egyptiacæ, & quibus infernus Matth. 8, 12. c. 22, 13. c. 25, 3. describitur exteriores, lucernæ omnino fuerint, quia illustrari possunt ab extra.

S. 22. Probatur affirmativa nostra (2) à Causa Efficiente, DEO Optimo, Sapientissimo, qui in verbo suo vitam & viam ad salutarem vitam pervenienti, præmonstrare hominibus, ut potuit, sic voluit. Finge verò, cum Papaz, DEum in Scripturis obscurè & obliquè loquutum, jam neq; Bonum erit, quippe qui cu[m] summa sapientia, cum clare modum inveniendæ

venienda salutis ostendere hominibus potuerit, obscuris obliquisq; delectatus, majoribus eos tenebris intricavit & immersit. Nec; Sapiens: quia finem, per media plane heterogena, finiq; ultimo nullo modo proportionata & adversa, quærendum, si Papæ standum placitis, homini præscripsit. Quorum utrumq; impium non minus, quam absurdum. Quorum enim David, jam illuminatus Psal. 36, 10. In Lumine tuo, video iunius Lumen? h. e. ut Magnif. Dn. D. Gejer exponit: per verbum revelatum, quod Lumen est semper nostris Psal. 19, 9 usq; 105. vel ut Muis explicat, per gratiam suam, qua mentes hominum, in tenebris hujus vitæ, illustras. Quorum Moses? Proprius est verbum in corde & ore tuo Deut. 30, 11. Malumus itaq; dicere, DEum unicum Scripturæ autorem, invisi- mā quadam, ad captum hominum attemperatā maternā ovula & bætes, perspicue & clarissimè, de fidei mysteriis, scitu credituq; necessariis, in verbo suo loqui & voluisse: quia summa Bonitas, ad instruendos homines in via salutis, Verbum suum exerceri jussit Rom. 15, 4. 2 Tim. 3, 15. Jam, quod ad hos fines assequendos scriptum est, clare & perspicue, ut à legendis & audientibus, facile intelligi possit, dictum sit oportet. Secus fines illi, ex parte DEI seriò intenti, obtineri neutiquam poterunt: Et potuissis, quia summa omnipotensq; sapientia. Nisi forte DEus discretam lingvam, ad planè perspicueq; exprimenda animi sensa, homini dare potuerit, ipse clare atq; perspicue loqui nequiviter.

S. 23. (3) Ex Scriptura S. Materia. Si summa Doctrina Christianæ, clare & perspicue in Decalogo, Symbolo, Oratione & Sacramentorum institutione continetur, & hæc tamen capita Doctrina Christianæ, apertissima & clarissima in S. L. habent fundamenta, utiq; Scripturam S. quoq; claram & perspicuum esse oportet, quoad summam Doctrinam Christianæ, qua de unicè queritur. Sed prius concedunt in theoria, & exercent in praxi, juxta dicta capita doctrina Christianæ probantes, Pontifici, Ergo. Porro, si omnia dogmata qua in S. L. continentur, ad Legem & Evangelium reduci possunt, sequitur, omnia dogmata, in Lege & Evangelio, perspicue proponi. Sed prius, Confessione Papistarum, est. Ergo. Ratio Connexionis est: Quia summam Legis moralis, satis perspicue tradi in Decalogo, concedunt vicissim Pontifici. Decalogum autem in scriptis Propheticis, qua Petrus, primus, ut ajunt, Papa Rom. aperte Lucernam lucentem, in loco caliginoso 2 Pet. 1, 19. appellat, & Apostolicis libris, quos lucem ipse Christus Matth. 5, 14, nominat, clarissimè exponi, ses ipsa manifestat. Confer Act. 13, 47. c. 26, 18. 1 Joh. 1, 2. Evangelii sum-

summam, satis radiis descriptam, prodidit Johannes cap. 3, 16. Patrum & Pontificiorum pro nobis militantia testimonia, produxerunt copiosè supra laudati Autores D. Gerhard. I. c.D. Dorsch. Syllog. Vindic. Dissert. Prælimi. Miseric. Miss. p. 293. & Aquinas p. 15. seq.

§. 24. Urgent verò in contrarium Pontifici (1) 2 Pet. 3, 16. Ubi dicit Petrus, in Epistolis Pauli, quædam esse *dúrvónę*, intellectu difficultia. Veridem R. (1) loqui Petrum, non de tota Scriptura, de qua hic controvèrtitur, sed saltem de Epistolis Paulinis, & ne hic quidem de universis aut integris, sed de quibusdam tantum in iis contentis. Insuper non dicit *ču aīc*, quod ad Epistolas referri utiq; potuisset, sed *čv aīc*, videlicet *περάγων*, seu rebus ipsis sublimibus & mysticis. Rectissimè hic Joh. Gagnejus D. Sorbonicus, *Itz*, inquit, *ordinanda lectio*: *Sicut scriptis vobis, in omnibus Epistolis, loquens in eis de his, scil. adventu Domini, longanimitate ipsius, in quibus sunt quædam difficultia intellectu: n̄ in quibus, refertur non ad Epistolas, quia in Graeco est ču či, & Epistola est fæmininum &c. & Lorinus in h. l. Non refertur, inquit, illud, in quibus, ad Epistolas, sed ad ea, de quibus tractatur in Epistoli.* Atq; ita in rebus ipsis mysteriisq; sublimibus, aliquam obscuritatem concedit Petrus, non item in verbis & sermone, quem Lucernam lucentem ante cap. 1, 19. vocaverat. Atq; de hac etiam non illa, quæstio h. l. est, (2) Distinguere præbè *obscuritas subjectiva*, ab *objectiva*. De illa loquitur Petrus, quando *đ durovónę* dicit, non *nān* in genere; sed in specie *τοῖς ἀναγόντες*, qui Scripturam in propriam ipsorummet perniciem detorquent, quæ detorsio violenta, non Scripturæ, sed hominum pervertentium vitium est. Unde Thom. verit, Tertius: *Quod multi non intelligunt Evangelium, causa est, non ex parte Evangelii, sed propter malitiam & incredulitatem hominum.* De hac autem nobis quæstio est. Jam ab illa, ad hanc velle argumentari, idem esset, ac solem dicere tenebrosum, quia coçci lumen ejus non percipiunt.

§. 25. (2) Luc. 24, 27. Unde inferunt: *Quod Christus interpretatus est, illud est obscurum. Sed Mosen & Prophetas.* Ergo. R. Quod Christus interpretatus est, illud est obscurum in se & perse, omni, semper & ubiq; nego, concedo hic & num, alicui præconceptis opinionibus fascinato, quales Discipulos Christi, de mundano Messia Regno, fuisse ex v. 21. aliisq; N. T. locis manifestissimum est. Math. 16, Luc. 22, &c. Deinde, Prophetias ante complementum, interpretandarum prophetiarum claram, non facile à quolibet intelligi, aut certæ circumstantiae accommodari

dari possit, ultrò largimur. Matth. 11, 4. 5. Quid verò hoc ad Articulos fidei scitu & creditu necessarios omnibus? quorum nullus quidem ostensus haec tenus est, qui non perspicue (in propria sede) in S. L. traditus sit. Deniq; si ideo aliquid obscurum dicendum, quia interpretatione illustratur, tūm illa, quæ apud Pontificios sunt clarissima (Decalogus, Symbolum, Oratio, Sacraenta) erunt obscura, quia longa expositione illustrata, à Catechesi Tridentina, Simone Vigorit, Andrea Corcuetio, Joh. Moluco Episcopo Valentiniense & aliis.

§. 26. (3) *Quia Scriptura S. varijs recipit sensus, nec potest ipsa dicere quis sit verus.* Ergo est obscura. R. Negamus Scripturam polles plures sensus literales recipere. Fundamentum negationis est, tūm sensus unius in una simplici propositione necessitas: alias si sensus, qui est forma atq; Anima orationis, multiplicatur, ipsa quoq; oratio multiplicabitur; tūm necessitas certitudinis scripturarum, que caderet omnino, si plures sensus literales in enunciatis divinis reperirentur, immediate in istis enunciatis contenti. Oportet autem Scripturam esse certissimam & plane immobilem, ut mens illâ, seu normâ, nisi queat, quod nobiscum docent Scholastici, Alex ab Ales, Albertus, Heinric. Gandavensis, Mich. Medina & alii. Deinde negamus, quod si præter unum sensum literalem, sit etiam mysticus, in aliquo Scriptura loco comprehensus, propterea locum reddi obscurum. Quandoquidem, tūm certissima basis sensus mystici, est sensus literalis, tūm etiam Scriptura S. est solidissima explicatrix sensus mystici, præter sensum literalem attendendi. Ita viciissim docent Patres Hieronymus, Augustinus, & Scholasticorum Angelus Thomas Aquin. P. I. 4. 1a. 10. *Omnis sensus Scriptura fundatur, super unum sensum literalem, ex quo solo trahi potest argumentum, non autem ex illis, que secundum allegoriam dicuntur.*

§. 27. (2) *Scriptura S. est sola & unica Norma & Regula, omnium Fidei Controversiarum & cultus divini.* Normam Græci *xávova*, Latini *Mensuram, Regulam*, appellant. Notat autem Canon ap. JCtos. partim mensuram ipsam, virgam netpe vel funiculum, per quem agimenes, cuiq; postessori, partes terrarum assignant Amos 7, 17. Mich. 2, 5. Zach. 2, 1. partim ipsum spatium, quod mensurâ alicui admensum est, per usitatissimam S. L. metalepsin, quâ etiam Polluc. 1. 3. *xávov* dicitur ipsum saltus spatium, quo sensu Ebrai hereditatem Deu. 32, 9. sortem, item funiculum Josu. 17, 5. Psal. 16, 6. Zeph. 2, 6. Esther suppl. 13. 17. veant. Hoc etiam sensu usurpavit Apollonus 2 Cor. 10, 13. Unde etiam apud

apud Jurisperitos Canon & Aget emphyteuticus dicitur. Ultraq; vocis acceptio, in eodem loco 2 Sam. 8, 2. occurrit, ubi priore mensuram, posteriore spatum demensum significat. Architectis ναῦς ιχνογραφία est, instrumentum, quo fabri utuntur ad rectitudines expendendas, unde velur, à Legi lineamenta ducunt, quo sensu Tyronem libertum suum, ναῦον suorum librorum vocavit Cicero l. 16. Fam. Fp. 17.

§. 28. Porro ναῦ significat etiam, certum fixumq; atq; immotum catalogum & numerum, ἐν ἀποστολῃ, αἱ ἔργα μενον την κανονικην, ut Athanas. Synops. S. Libror. loqui amat. Atq; hoc significatu canonis nobis erit Catalogus librorum, qui divina inspiratione conscripti, Ecclesie traditi sunt, cū norma ejusdem, in fide & vita perpetua. Libri ergo Canonici sunt, qui Catalogo illo comprehenduntur, sicut ex adverso, qui ad Canonem non pertinent, & occulte sunt originis & autoritatis, nec in illo numero reperiuntur, Apocryphi vocantur. Qui autem & quot in specie sint libri Canonici, optimè aperit Josephus Antiq. Jud. scriptor accuratissimus, contra Appion l. 1. & ex eo Euseb. H. Eccl. c. 10. Non sunt innumerū nobis libri, discordes inter se ac pugnantes, sed duo tantum & viginti, omnium temporum Commentarios continent. Horum V. Mosis sunt, XIII. Prophetarum, reliqui IV. hymnos ad Deum & vitam hominum corrigendam continent. Quomodo, ita Hieronymus Prologo Galeato, viginti duo sunt elementa, per quæ scribimus Ebraicè, omne quod loquimur, & eorum initia vox humana comprehenditur: ita viginti duo volumina suppulantur, quibus (quasi literis & exordiis) in DEI doctrina tenera adhuc & latens viri justi eruditur infanta. Cur vero Ebraei usi sunt hac analogia librorum ad literas, eleganter exponit Rainoldus, intelligi potest ex Psalmorum versibus, quos aliquando ternos, aliquando octonus, à singulis literis inchoant, servato Alphabeti ordine, ut & intelligantur facilius, & memoria firmius inherent. Hanc à Prophetis rationem adhibitam cernentes, memorie causa, libros literarum numero estimarunt; non ut idcirco libros viginti duos admittentes, quia essent viginti duas literas, sed quia viginti duos libros habuerunt, & literas pari numero, similitudinem eam accommodarunt, viginti duarum literarum. Videatur Comment. in Gen. Manif. Dn. D. Calov. Proleg. C. 2.. & T. 1. Illust. Bib. p. 29.

§. 29. Praterea ναῦ, notante Varino, vocatur in trutinis pars illa, quæ in medio librili singula instar consistit, & ostendit æquilibrium, vel excessum, vel defectum. Quam metaphoram elegantissimè ad

Scriptu-

Scripturam accommodavit, Aug. l. 2. de Bapt. cont. Donat. c. 6. Aff. ramus fratres non dolosus, ubi appendamus, quod voluntus, & quemadmodum voluntus, pro arbitrio nostro dicentes: hoc grave, hoc leve est; sed afferamus dynam statim, de Scripturis Sanctis, tanquam de thesauris dominicis, & in illa, quid sit gravius appendamus, imo non appendamus, sed à Domino appensa recognoscamus. Quæ sane, judice B. nostro D. Chemnit. Exam. P. 1. pulcherrima est explicatio, quo sensu Scriptura dicatur canonica. Namrum, non quemadmodum hora a satisfactiones canonicae; aut quomodo ναῦ ἡ ἁγια, ταῦτα ἡγεται, (vide Catalogum Test. Verit. p. 790. seq.) bona ecclesiastica abliguentes, Canonici apud Papistas vocantur. Sed neque ita dicitur id est, quasi, ut fabula papæ nugatur, per Canonem alicuius Concilii v. g. Tridentini Sess. 4. Decr. 1. Canonica illi attributa fuerit autoritas: Quantodividem ne fingere quidem, nedum nominare illora: tale Concilium posuit Papista, quod taleris Scripturæ S. primum conquisset autoritatem, quam illa per se & in se, ante omnia Concilia non habuisset. Quæ enim de Canonibus Apostolorum circumferuntur, tam anilia sunt, ut ipsos prudentiores Pontificios corum diu puduerit. Ita enim Gelasius, apocrypha, quæ nullatenus ab Apostolica Ecclesia recipienda, sed vitanda potius Catholicis sunt, describens ait, Canon Apostolorum apocryphus est. Canones, inquit Isidorus, qui dicuntur Apostolorum, seu quia eisdem nec sedes apostolica recepit, nec S. Patres assensum illis prebuerunt, pro eo, quod ab hereticis sub nomine Apostolorum compositi dignoscantur, quamvis in iis utilitas inveniatur, tamen ab autoritate Canonum & Apostolica, eorum gesta constat esse remota. Atq; inter apocrypha deputata.

§. 30. Sed sumpta potius est appellatio ex Apostolo Gal. 6, 16. quovad secundum hunc canonem σωζόγον (futura Apostoli locutio probè notanda, quæ ostendit, non propter Galatas tantum, & presentem ipsorum necessitatem, scriptam esse hanc Epistolam, sed sicut Psal. 102. dicitur, scribantur haec in generationem alteram, ut apud populum, qui creabitur, sit eis usus, &c.) super illos Pax & Misericordia. Sic idem, Philippienses suo eodem Canone h. e. doctrina, quam viva ipsis voce proposuerat, ambulare jubet, Phil. 3, 16. Qvis autem Canon ille sit, declarat vicissim ipse, 2. Cor. 10, 15. Ubi eqvidem communis interpretum sententia, linea demensa, quam cuivis Apostolorum DEUS quasi ad mensuram est, quam longe quilibet illorum docendo pertinere debet,

E

signi-

significatur, subinmitur nihilominus ipsa quoque Doctrina eorum, quam Paulus Corinthiorum *γελασοδερμόν* beneficio, protractum iri sperat, etiam quo per eos um pertingere non potuit, v. 16. Atque haec appellatio vicissim desumpta est, ex Psal. 19, 5. *in omnem terram exiit linea*, (vel, ut Paulus, LXX. tum temporis usitatissimam translationem, secutus, Rom. 10, 12. reddidit, sonus) *corum, & in fines orbis terraverba eorum.* Ubi doctrina Apostolica vocatur ψ, quod vel funem mensorum geometricum, i. Paral. 4, 2. Jer. 31, 29. vel Ammissum architectorum Job, 38, 5. Esa. 44, 13. vel staticorum lateram significat. Hinc demum, non tantum ad Artium & morum disciplinam (quo sensu Esa. 28, 10. ψρίψ, linea ad lineam, vel post-lineam scil. ediscenda.) Verum etiam ad fidei & extruendæ Ecclesiæ unicam Regulam, Scripturam videlicet s. eleganter transfertur, quam λόγον αχεβνά πνευτον ηγε γνώμονα ηγε Kavora appellat Chrysost. Homil. 13. in 2. Corinth. qaz sola ostendit quomodo & Ecclesiæ structura recte procedat, & omnia decenter in Ecclesiæ constituantur & fiant.

S. 31. *Hac comparatio*, ita optimè judicat B. D. Chemni. Exam. P. I. p. m. 81. *svavissima* est. *Est enim Ecclesia domus DEI viventis, cuius adiustatio est ex DEO, Architecti Ministri sunt verbi.* Ille ergo struens illa ministerio verbi s. *predicatione Doctrina*, recte inchoetur, justo ordine & debita ratione conficiatur & absolvatur, certo *Canone & Regula opus* est, ad quam Architecti opus suum exigant, ne adiustatio ullo pasto à recto exorbitet. *Hac autem Regula unice Apostolorum Doctrina* est, ut ex Psalmo citato patet. *Quia vero illa, quantum satius est & necesse, scriptis comprehensa est, vocatur Scriptura Canonica, Libri Canonici, Canon-Scriptura: quia talis Regula est Scriptura, ad quam structura fidei & Ecclesiæ formanda & aptanda est, itz, ut quicquid ad illam Regulam conuenit, rectum, sanum & Apostolicum judicetur, quicquid vero non quadrat, sed ab illa Regula, sive in excessu, sive in defectu exorbitat & aberrare, recte judicatur supposititum, adulterinum, erroneum.* Ille vero *Canon seu Regula*, est Doctrina divinitus ab initio mundi humano generi pacientia, per Patriarchas, Prophetas, per Christum & Apostolos. Et quia illa Doctrina scripta, per DEI voluntatem, est comprehensa, ideo & inde *Scriptura S. vocatur Canonica.* Hactenus D. Chemnitius.

S. 32. Ex his oppidò satis apparent, quod h. l. intelligenda veniat. Scriptura libris Mosis, Prophetarum, Psalmorum, Evangelistarum & Apostolorum comprehensa, quæ verbum quidem est *πρόφεια* in membr-

membrana, papyro terrena i. Job. 5, 2. scriptum, ut in corde imbibetur, facilius 2. Cor. 3, 2. Non minus tamen vivum & efficax Verbum DEI; externa vero Scriptura accidens est formale: illud à DEO immediatè, haec ab hominibus est, literas variè figurantibus. Quidammodum sonus A B C D omnibus, quod scio, communis, à DEO est, figura prolongatus varietate variat.

S. 33. Porro Scripturam de qua hic controvertitur, ad differentiam cuiusvis profanæ, vel extra peculiarem Φορέων Sp. S. concinnata, vocans *Sacram*: quia à Sanctissimo Spiritu, omnia per Verbum sanctificante; sanctissimis mysteriis fundata; ad sanctissimum dicit finem, sanctissimè, tanquam ἀνθρώπῳ, habita semper à divina Providentia, quæ eternitati illam consecravit, ne vel iota periret, & contra omnes μουχάς triumphare jussit, s. διὰ ita Clem. Alex. *αἱ ἀρχαὶ τῶν ἀνθρώπων εἰσὶ μαρτύρες δοκεῖται.*

S. 34. Addimus in thesi, *Sola & unica.* Nulla enim lux alia ab aliis laudata & accepta præstat, quod lux vialis exigit. Facibus quidem omnia plena sunt, nunc huc, mox illuc trahentibus, sed fatuis plenisque. Una ex omnibus renidet è celo accensa, in æthereum duxque comesq; locum, quam rūm expeditius amplectere, cum fallacias aliorum ignium deprehenderis. Sanus mentis homo, iter caliginosum facturus, lucem sine dubio consecutur *verissimam, unicam, optimam*, quæ corona elongiorum, solam Scripturam S. ornat. Estenim illa *verissima & venissima* cum DEUS mentiri non possit, & si vel unicum in Scripturis, à DEO prolati, falsum dari posset, iam de omni nostra fide actum esset. *Venissima*, itaque, ex fide divina infallibili *αὐτοπίσιῳ* (ne detur progressus in infinitum) coelitus revelata, quæ summati, impervincibilem animo præbeat securitatem, tranquillitatem, à qua fides divina infallibilis, coelitus revelata, renidet. *Est sola & unica.* Sola quidem in oppositione, non ad sciam famulitium, organa lingvarum, & artium liberalium subsidium; sed ad principia heterogenea, antigrapha, αὐτοπίσια, verbum, videlicet traditum, scripto plerumque adversum; humana decreta, lumen Naturale. *Unica* vero constantia, quæ infirmati humana lupertat, memoriam foveat, mendacia obstruat, posteritati consolat, quælis utiq; verbum DEI scriptum est, non vero traditum, multis obnoxium difficultatibus & periculis.

S. 35. Deinde *Unica* harmonia & sensu. *Harmoniam canit omnis* (a) allegatio N. T. ex veteri, quæ veteri lux & fides conciliatur, & unus utriusq;

utriusque Autoris principalis designatur. (8) Allusio ad facta & sermones V. Test. qualis illa Apoc. 6, 16. (9) Revelatio ejus, quod in V. Test. expressio legitur, Epist. Jud. 9, 9. (10) Complementi propheticorum intimatio, ac pharaoëologia cädem illuminatio. *Sensus* unitatem exigit & Sapientia & veritas inspirationis DEI, à quo longissimè absit, ut vario sensu literali, tanquam Delphicis Apollo, illudat legentium conceptibus. *Sententia* *euonymi* una est, igitur *Omnis Oratio divina scripta*, quæ *alii*, non habet nisi unum literalem per se ac primò intentum sensum, formalem. Denique *unica* iti oppositione ad sententiam Pontificiorum quorundam, qui concedunt Scripturam, esse quidem normam, sed nec solam, nec perfectam, nec perspicuum, adeoque traditionibus non scriptis illustrandam, perficiendam, copulandam. Clarissimam tamen esse, à facibus terrestribus puram, ignibusque fatuis depellendis oppositam, à fungo & muco defecatam, paulo ante evictam: qualemnam lux, si clara non sit? Perfectam autem & sufficientem esse, ut nihil ei desit *ad eum*, aut ad consecutionem médiorum, aut finis, supra itidem demonstratum. Solam atque unicam esse fidei & Religiois Normam jam jam patebit.

§. 36. Qvod anteqvam fiat obseruamus, sermonem à nobis esse de Verbo DEI scripto, scriptis propheticis & Apostolicis comprehenso. Concedunt enim vicissim Pontificii quidam, verbum DEI esse normam controversiarum fidei, cultusque divini Regulam, verum famen Verbum illud, *parvum* dividunt in Scriptum & non Scriptum, seu viva voce traditum, (quasi vero scribi, & viva voce tradi, tantopere à se invicem dissident, ut cœu diversæ & opposita species, de uno *codicille* verbo dici pénitus nequeant) & utrumque pari pietatis affectu acceptandum, utrumque pariter Normam & Regulam, in rebus fidei & morum in Ecclesia, habendum & ab omnibus acceptandum, sub anathematis fulmine, publicè præcipiunt: partim etiam ea, quæ Spiritu, stylo sermoneque propheticō (longè post tempora Prophetarum scripta) destituuntur, i Canonem referunt. Concil. Trid. Sess. 4. Decr. 1.

§. 37. Sunt tamen alii, qui clarè sensa animi explicant, & Scripturam sacram normam esse & Regulam controversiarū fidei, & non quos negant, non tantum, qui *Regulam lesbiam, nafum cereum, gladium delphicum*, eam habent, verum etiam, qui Traditioni Ecclesiasticae eam subiiciunt. Piggius expl. controv. 3. de Ecl. scribit; *Scriptura* sunt veluti *nafas cerei*, qui sicuti *borsum illorum* facile trahi se permitte;

ita

ita & ille se flectit, duci atq. in diversam sententiam trahi accommodari, ad quodvis patiuntur, nisi quā traditionem adhibeat. Et in Praef. Hierar. ad Paul. III. Pontif. Ecclesiastica traditio, sola est certa & inflexibilis, recta Scripturarum intelligentia, amissis, quæ illū non adhibita, veluti plumbum quædam Regula, omni figure, ita omni errori eadem, haud difficulter accommodari possunt. Censur. Colon. Vulgo dare verba, non admodum est difficile, & hominibus carnalibus facile est Scripturam, quæ velut *nafus cereus* est, in quamvis interpretationem flectere, quā aut Principum, aut vulgi incauti taxantur via, &c. Petrus à Soto, Scriptura, ait, absolute instar est, habet nafum cereum, in omnes partes se trahi & torqueari patitur. Si nobis hoc certissime constitutum, Scripturam esse dubiam. Sim lia docent Canis l. 3. loc. c. 2. Salmeron Comment. in Ep. Pauli in genete Disp. 8. Catanza Controv. 2. & alii promiscue. Qvibus convitiliis, in sanctissimum DEI verbum scriptum, impie eructatis, Pontificis, non solum Ecclesiam, ejusque traditiones non scriptas, Scripturæ Sacrae paterunt; verum etiam Normæ & Regulæ controversiarum fidei cultusque divini sufficientissimæ, dignitatem, verbo DEI penitus surripiunt.

§. 38. Nos Scripturam factam solam atque unicam esse rerum Christianæ Religionis Normam, præter disertissimas appellationes & accommodations, quibus Propheta & Apostoli eam in suis scriptis ornant; dum eam Canonem, Canonicam Psal. 19, 5. Rom. 10, 18. Gal. 6, 16. 2. Cor. 10, 15. Phil. 3, 16. Verbum rectitudinis Psal. 19, 9. & 45, 7. Eccl. 12, 12. appellant; idque non tantum, quod in se sit rectum & infallibile, immotum ac firmum, sed etiam, quia Norma est & Regula omnis rectitudinis & certitudinis in Ecclesia; Ita Probatnus: *Qvod (a) Deus ipse per Mosen & Prophetas, seu Normam rerum ad se pertinentium, in Ecclesia ordinat & commendat, & ad id unicè civis Ecclesia adstringit. (b) Pius Sanctus, Viri V. T. in constituenda, & à variis Gentilium corruptelis argu, inquinamento, expurganda & restauranda verâ Religiore, tanquam Regulam adhibuerunt & fecuti sunt. (c) Ipse Christus & Apostoli in N. T. contra capitem fidei, omniumque divini cultus hostem Satanam, contra Iudeos, Gentiles, Pseudo-Apostolos, Religionem Christianam depravantes, denique contra omnes sincera veritatis persecutores, tanquam infallibilem Regulam usurparunt, & ad illud, de Religione inquirentes, remiserunt, illud omnino certa, firma, infallibilis argu, immobilia est rerum Christianæ Reli-*

*Religionis Regula & Norma. Sed Scriptum sacrum, seu Verbum Dei scriptum, per omnia in habet. Ergo.*

S. 39. Majorem nemo sanæ mentis negabit. Cui enim plus obediendum, quam DEO mandanti? cui parentum potius, quam commandanti Domino? qui ita bonus est, ut malum nec velle possit, nec præcipere. Quæ verò exempla svavius allicere possunt, quam sanctorum plororumque, de quibus, quæ nunquam uspiam de impiis repereris, legas: *Vir secundum cor DEL: fecit, quod bonum & placitum erat conum DEO: non fuit simili ei de cunctis Regibus Iuda, sed neg. in his, qui ante eum fuerant: ita adhuc DEO, speravit in eo, nec receperit à vestigio eius, factis, mandata eius, quæ præcepserat Dominus Moysi, unde erat Dominus cum eo.* Vide verò ardentissimum eorum vindicandæ & à maculis gentilium respugnande Religionis Zelum 2. Reg. 18, 4. c. 22, 4. ita, ut similis Reg. Josie non fuerit, qui revertetur ad Dominum, in toto corde suo, & in tota Anima sua, & in universa virtute sua, juxta omnem legem Mosis, neque post eum surrexit similis illi v. 25. Quæ sanæ exempla & Zelus Religionem, iusta quod præcepit Dominus, instituendi, non minus mitanda sedulè, quam illorum, qui mala & abominabilia fecerunt coram Domino, diligentissimè vitanda & cavenda. Porro, quis disputator felicior Christo? quis Apostolis fervidior & solidior? Omnes tñ. hi quoties in Adversarios quoquacunq; inciderunt, ad Scripturas confugerunt, & ex iis convicerunt.

S. 40. Minore quoad singula membra confirmatur. Quoad (a) Deut. 12, 38. Ubi Moses non tantum, verum vera Religionis objectum, solum Deum, sed etiam legitimum colendi modum respicie, ne videlicet popl. Israël, verum DEum colat similibus ceremoniis, cujusmodi Cananæi sua idola colebant. Confer. Prov. 30, 2. In quem locum recte, Mercerus, *Quæstiones*, ait, arduas & homini impervigilabiles proposuit (Agur,) initio se admodum extenuat & dejicit, ostendens, non esse pulibus questionibus fatigandos animos nostros, ut hæc curiosius inquiremus, sed nobis intra Scriptura metus esse subfistendum. Verbum DEL purgatissimum esse, hic innitendum, nec addendum, nec detribendum. Hæc ex Mose. Inter prophetica, quod & hic omnium loco nobis sufficit, examinest Isa. 8, 20. Cujus variae circumstantiae, varia pro confirmanda minore suppeditant argumenta. (1.) Quia Scriptura Canonica omnibus a suis mediis inquirendæ veritatis opponitur. Opponitur enim *Satanis revela-*

*revelationibus*, quvarum species enumerans Esaias, omnes removet. Rationis humana disquisitionibus, quæ latè ad demonstrationem divinæ veritatis, ita, ut ea in illis immediate recumbat, non admittuntur. Deindeq; Propitiatorii, Rationali & Prophetarum revelationibus. Procedebat evidebit Propitiatorio vox divina infallibilis; monstrabat Rationale summo Sacerdoti etiam secretissima; hæc tamen ordinaria & perpetua, investigandæ cognoscendæque veritatæ Regula non statutur: quia neque ordinariæ, neque perpetuæ, neque ab omnibus, ad illam revelationis speciem, securi potuit. Quod autem omnibus alijs mediis, & cognoscendi divinam veritatem Principis, ita opponitur, ut illud tanquam ordinariæ medium principiumque cognoscendæ divinæ veritatis ponatur, id utique pro unica veritatis Norma habendum.

S. 41. (2.) Quia Scriptura Canonica, est principium & sedes divinarum visionum, claræ & perspicue requirendarum. Ita enim Propheta: Nunquid non populus, à DEO suo requiret visionem? ubi eleganter annotavit, *Anglica*, *Prophetam non tam ex praxi & facto, quam ex jure & officio debito argumentari.* Quid enim Deum suum, quem, profitetur consulit, 2. Reg. 1, 2. 3. 18. 21. quantò magis ergo populus meus, meo regetur, vel certe regi deberet, consilio? Confer hic Jerem. 2, 10. c. 35, 15. Visio itaque divina est summum & unicum divinæ veritatis principium. (3.) Quia ad solam Scripturam Canonicam, post immediatam divinam revelationem, in dicendo de Rebus Religionis constituenda, attendendum. Secundum verbum hoc, quod Legis & testimonii tabulis continetur, quod de singulis divinæ voluntatis monumentis, abundantiter testificatur, quod legitimum decretorum salutis sensum, exponit, pronunciandum est. Non aliquando, sed semper; non in quibusdam, sed in omnibus; non à paucis, sed ab universis; non tantum à Sacerdotibus, sed etiam à populo; non à falsatoribus veritatis divinæ, sed à Confessoribus etiam; non extra, sed intra Ecclesiam, non constituta tantum, sed & constitutâ eâ; non in V. solùm, sed & in N. Test. Quas Circumstantias singulas textus Prophetæ determinat, in quo non est, vel temporis, vel materiarum, vel hominum, vel ordinum separatio, nec ad discriminem aliquod constituendum, vel minimum alicubi apparet indicium aut necessitas. Secundum quod autem sigillatim & specialiter, in omnibus rebus fidei dicendis & constituendis, sine loci, temporis aut personarum exceptione, pronunciandum est, illud, cum de rebus fidei pronunciandum, perpetua norma est.

S. 42. Qvoad (3) Commandantur imprimis in S. L. p*ii* Reges V. T. devotissimus David 2. Sam. 6. maximè p*ius* Ezechias 2. Reg. 18. Incl<sup>it</sup>issimus Josaphat 2. Paral. 17. & 18. Josias Zelosissimus 2. Reg. 22. & 23. q*v*i omnes in ordinando, restaurando & p*aganis* sordibus repurgando cultu divino, divini verbi Regulam secuti, adeoque secundum Scripturarum Canonem incidentes, Milericordiam & Pacem super se experti sunt, Gal. 6, 16. Laudem Pietatis meruerunt Sirach. 49, 5. Gloriam & existimationem populorum obtinuerunt. Psal. 18, 44. seq. Psal. 69, 9, 10. Confer Nhem 3, 1. Huc facit, q*v*od Religionis in primo orbe, in Abrahamo, & universo Israële, unicum principium fuerit, divina revelatio, q*v*od solide, ut pulchre, demonstravit & explicavit. B. D. Wilhelm. Leyser Trifol. Disp.

S. 43. Qvoad (y) Neque Christus, neque Apostoli, in suis cum Satana, Pharisæis, Sadducæis, aliisq*ue* hostibus veritatis, disputationibus, alio & peculiari fundamento usi sunt, præter Scripturam sacram. Et de Christo q*uidem* plena est historia Evangelica. Satanam enim tria teterima facinora sibi impudentissimè intentantem, trina Scripturæ, ex Mose de prompta sententia, validissimè retundit Matth. 4, 4-7, 10. Pharisæos, genimina viperarum, libidine tentandi, divortium ex Mose urgentes, ex ipso Mose confutat felicissimè, effatumq*ue* Mosis, q*v*o nitebantur, permissivum, genuinè explicat Matth. 19, 4-8. Sadducæos resurrectionem mortuorum negantes, ex verbo DEI, erroris & ignorantiae Scripturarum convictos, ex Scriptura redarguit solidissimè Matth. 22, 29. Discipulos falsa præoccupationem, de mundano Messia Regno, fascinatos, ex Scriptura fidelissimè informat Marc. 9, 12. Luc. 24, 26. Legisperitum tentatorem, ad Legem scriptram, ceu unicam fidei & vita Normam, remittit: *In Lege q*uid* scriptum est? q*uo*modo legi?* Luc. 10, 26. 37. Marc. 12, 29. seq. Linde recte Bernhard. Scriptura igitur divinis rebus & inspirata arbitrio nobis constituantur, c*et* apud quos inventa fuerint dogmata divinis sermonibus concordantia, his omnino etiam veritatis suffragium accedit. Q*uapropter* qui Messiam salutariter cognoscere desideratis, Scrutamini Scripturas. Joh. 5, 39.

S. 44. De Apostolis q*v*oq*e*; perorata lis est. Siqvide*m* nihil eis contra Gentes, Judæos, Pseudo Apostolos & q*uo*libet alios veritatis, de JESU Nazareno, vero promisso*rum* mundi Messia, impugnatores, disputantibus solemnis, q*v*am ad Scripturam, tanquam unicum Religionis Christianæ Principium provocare. Insigne ejus tui specimen edidit.

Petrus

Petrus in prima Pentecostali N. T. Concione, q*v*â Apostolos magnalia DEI variis linguis decantantes, contra Judaicum ebrietatis convitum, ex Scriptura masculè defendit; Jesum crucifixum esse illum verum Mundum promissum Messiam, à DEO ex mortuis resuscitatum, & ad dexteram DEI evectum, solidissimè evicit, suorumq*ue* auditorum animos ita perculit, & conscientias concavit ex verbo DEI, ut compuncti corde, tremebundi, regulam fidei, & vita recte instituenda normam perquirientes, ad Petrum & reliquos Apostolos dicerent: *q*uid* faciemus, viri fratres?* Act. 2, 14. 33. Q*uam* Regulam Stephanus, in eodem arduo Articulo, de Christo, contra Judæos probando, adhibuerit ex Act. 7. luculentissima est. Q*uid* Paulus, ut in aliis variis fidei capitibus, ita cum primis in principali, de nostri coram DEO Justificatione per Fidem in Christum, sine operibus legis, fundando solidèque confirmingo, norma loco usurpaverit, Epistolæ ejus ad Romanos, Galatas, Ephesios, Philippenses, &c. testes sunt sufficientissimi. Qui cum omne consilium DEI, de salute hominum, annunciasset, Act. 20, 27. Confer Act. 15, 15. c. 18, 28. c. 28, 23. Rom. 3, 10. c. 4, 3. 1. Cor. 15, 3. Gal. 3, 6. Ebr. 8, 5. & passim, quoties ad Scripta Mosis, Psalmorum & Prophetarum, q*v*od sane in N. T. frequentissimum esse, ipsa inspectio docet, provocat; Nihil tamen extra ea, q*v*ae Moses & Prophetæ prædicterunt futura, se locutum fuisse solenniter protestatur, Act. 26, 22.

S. 45. Accedunt ipsorummet Pontificum & Pontificiorum sacerdotum suffragia, q*vibus* agnoscunt Scripturam sacram esse normam, controversiarum fidei, & cultus divini Regulam. Verba eorum copiosa prolixè adduxit B. D. Dorsch. Pentad, Disp. I. Hodog. Cath. c. 1. §. 58. in Præf. ad Scrupul. Relig. Sacras L. habere sead Theologiam per modum principii, nemo Scholasticorum, nemo Doctorum veterum, nemo S. Ecclesia Patrum non asseruit. ait idem in Anti Cornæo p. 52. seq. Cum primis plenissime hoc munere defunctus est B. D. Gerhard. Confess. Catholica, è q*vibus* per Spicilegium ista legitimus. Erant Pontifici commendataes Scripturam (1.) Ceu normam salutaris doctrina & divinam statuam, cui, q*v*od in doctrina grave est, appendendum Caus. 24. q. 1. c. 21. non afferamus. Ad q*vam* recurrentem ceu veritatis magistrum Caus. 24. q. 3. c. 30. q*uid* autem. Cui etiam Legislatores ecclesiastici obsequuntur. Caus. 24. q. 3. c. 33. transferunt. (2.) Ut normam perfectam, adeò ut ne q*uidem* Pontifici definire fas sit, q*v*od non definir Apostolus. Caus. 34. q. 1. c. 13. q*v*od si dormierit. Neg. præcipere, q*v*od nusquam nos docuit Dominus.

F

minus.

minus. Dist. 45. c. 7. Episcopum. (3.) Ut normam firmam & tutam, cat  
soli hic honor & timor deferendus, ut Autorum nullum scribendo errare  
se credere licet. Dist. 9. c. 5. Ego solus. (4.) Ut verbum validum for-  
te, durabile, immutabile, perseverabile, non momentaneum, transitorium.  
Caus. 35. q. 10. c. 1. fraternitatis. Cui quicquid contradicit, ejus fidem ca-  
tholicam & dubiam & incertam reddens, errorem & hereticum esse cen-  
fendum, per perpetuo declaratur editio. Extravag. Joh. 22, 14. de verb. signif.  
c. 4. cum inter. (5.) Ue normam unicam, qua ignorata, Christus ignora-  
tur. Dist. 38. c. 9. si justa. & ab illa discedens, ac alia ab ea docens, ana-  
thema est omnibus, qui DEUM diligunt, execrabilis, tanquam falsus testis  
DEI & sacrilegus. Caus. II. q. 3. c. 101. Si is qui praest. Ut quicquid su-  
pra Scripturas admittitur, autoritate distinctione pontificiali reprimen-  
dum sit. Caus. 11. q. 1. c. 25. Si quis clericorum. Quia sane omnia satis  
superque ostendant Scripturam sacram universam, esse Legem DEI per-  
fectam, claram & perspicuam, sufficientemque & absolutissimam, uni-  
cam & solam, divinas revelationes de negotio salutis, cognoscendi no-  
mam & Regulam, adcoque ordinariam hodieque supremi Iudicis in Ec-  
clesia vocem. Quid erat demonstrandum.

§. 46. Addimus insuper & hoc, quod Scriptura sancta omnia ve-  
ra Norma propria & requisita competunt, ut sunt Autoritas, homoge-  
neitas, certitudo *dicitur*, *ad aquatio* indivisibilis, quae omnia  
Scriptura sacra hactenus a nostratis solidè asserta fuerunt & manent.  
Auteritas ex *Georgievit*, homogeneitas ex harmonia, certitudo ex di-  
vina fide, primitas ex lucis claritate, ad aquatio ex perfectione, paulo  
ante ostensa. Nostra itaque conclusionis sententia, libenter hic verbis  
B. D. Dorsch. Pentad. Disp. 1. §. 24. exprimitur: *Desertis omnibus aliis*  
*Principiis cognoscendi Deum, non ex Deo ortis, unico verbo divino, quod*  
*pro infinita sua sapientia communicat certis temporibus Deus Israëlis, ac-*  
*quiescendum, ubi debet siti animus, & ulteriores divinorum recessuum-*  
*nationes nullatenus inquirere, ubi haurire oportet spiritualia scirentem.*  
*Animam, ibi est Regula Religionis, Canon divina veritatis. Si autem,*  
*quicquam sive ex Gentili profanitate in sit, sive ex Judaica Religionis insti-*  
*tutio formatus, ab hoc principio, ab hac regula, ab hoc Canone recesserit,*  
*si protulerit quicquam, ut ut speciosa & multo pietatis colore tinteta,*  
*qua non cum analogia illius norme consentiunt, ea, tantum absit, ut pro*  
*divinis decretis sint recipienda, ut potius meritissima pana loco, sole-*  
*Salvatorem, lucem veritatis celestis, vocem Sp. S. adeoque savissimam di-*

vine

vine illuminationis auroram amissurus, & opposita his in estimabilibus bo-  
nis, mala sit sensurus.

§. 47. Urgent & hic Pontificii in contrarium (1.) Scripturam  
quidem esse normam, sed parialem, non totalem: Cum tota fidei regu-  
la sit, revelatio DEI Ecclesie facta, quae in duas partiales regulas dividitur,  
Scripturam & Traditionem, Bellarm. Resp. Sic scilicet, cepit cancer-  
leponem! B. Patrum autoritatibus plerumque Scripturarum veritati ob-  
loquitur Cardinalis, nec tamen, tantus vetustatis helluo (forte noluit)  
animadvertisit, auream hanc in rem sententiam *Basilii l. 1. contr. Eunom.*  
*Canon & Regula*, quamvis nibil ei deest ad id, ut sit *Canon & Regula*,  
nullam recipit additionem, quae accurriat sit: additio enim sit propter  
defectum, ubi vero defectus, non regula amplius, non *Canon appellatur*.  
& *Theophylact* in c. 3. *Philip. Regula & amissis, nec appositionem habet,*  
*nec diminutionem*. Horum itaque Patrum jud. c. i., norma partialis ο-  
δηγήσιλον est. Ipse Bellarm. sui plerumque obliquis, l. 4. de V. D. c. 1.  
ex Augustinio docet, *Scripturam sacram, ideo dici & esse fidei Regulam*.  
& *normam, quia ad eam examinari debent scripta veterum Patrum, ut*  
*ea recipiamus, que Scriptura consona, rejiciamus, que Scriptura adver-*  
*santur*. Itane vero una regula partialis, Traditione, quam in quinque pri-  
orum seculorum Patribus potissimum fundant Papistæ, ut norma vicem  
obtineat, ad alteram partialem examinanda? absurdissime! unde enim  
demum constabit, utramque normam partialem esse legitimam? quae  
examinatur, & quae examinatur? Formale esse norma, unum est, totum,  
indivisible, non sustinens ullam vel divisionem, vel additionem, vel  
detractiōnem. Deinde hoc ipsum, quod scripta Patrum veterum, ad  
Scripturam sacram examinanda esse fateatur Cardinalis, agnoscit pa-  
lamque confirmat Scripturam sacram, esse sufficientem, perfectam, ge-  
nuinam & unicam dogmatum fidei normam. Denique revelatio à  
DEO Ecclesie facta, quam extra Scripturam somniat Bellarm. mani-  
festissimum Enthusiasmum sapit, tanto incertior, quanto incertius, quis  
illam genius, ater an albus revelari. Si porrò queras, unde constet illa  
revelationem esse genuinam? dicas: ex revelatione DEI. Sed unde  
hoc quoque constat, esse revelationem DEI, & non mendacis Spiritus? Se-  
mpreque redibit quæstio. Idcirco vel subsistendum alibi, in revela-  
tioni Sacrarum lit. quas divinas esse certissimum est, vel certe, si hoc  
nolis, in continuo circulo extra fines currendum.

F 2

§ 48.

S. 48. (2.) *Quid hæretici provocant ad Scripturam. Ergo norma esse non potest.* Resp. Invertimus: *Ad quod hæretici, in stabiliendis suis barefibus, quas sine dubio, ipsissimam cœlestem veritatem esse putant: quandoquidem nemo est, qui se ipsum malum fateatur, nec ullus hæretorum, qui vel placita sua hæretica esse concedat, vel qualicunque debili & infirmo fundamento superstituere nitatur, provocant, illud firmam, solidam & immotam cœlestis veritatis normam esse oportet.* Codex Justinianæ, non est vel nulla, vel falsa juris & æqui regula, propterea, quod quivis Rabula ad eum, malam causam tuiturus, provocare solet, unde verò falsitatis ille validè convinci potest. Absurda ex hac Papistarum opinione sponte fluentia, videre potest, qui cupit, apud Dn. D. Dörsch. Hodog. Cathol. c. 5.

S. 49. (3.) *Quia Lutherani suam Confess. Aug. Form. Conc. pro principio venditant. Ergo non sola Scriptura erit norma rerum credendarum.* Antecedens in libro Concordia p. 572. §. ad hoc. & p. 627. hoc itaq. Ergo. Resp. Minor manifestè committit crimen falsi. Ita enim piissimi Confessores & nos cum ipsis unanimi corde p. 570. Credimus, docemus & confitemur, unicam Regulam & normam, secundum quam omnia dogma, omnesq; doctores assimari & judicari oporteat, nullam omnino aliam esse, quam Prophética & Apostólica scripta V. & N. Testam. sicut scriptum est: *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis.* Et Paulus: *Etiamsi Angelus de caelo aliud prædicet Evangelium, anathema sit.* Cetera autem Symbola & alias scripta quorūcunq; sive Patrum, sive Necrotericorum, quocunq; veniant nomine, non obtinent autoritatem iudicis: hec enim dignitas solis Scripturis debetur; sed duntaxat (ut veritatis testes pag. 636.) pro Religione nostra TESTIMONIUM dicunt eamq; explicant, & ostendunt, quomodo singulis temporibus S. L. in Articulis controversialis, in Ecclesia DEI, à Doctoribus, qui tūm vixerunt, intellecta & explicata fuerint, & quāratione dogmatum cum Scripturis sacris pugnantia rejecta & condemnata fuerint. Intelligunt, credo, hinc ipsi Papistæ, aliud esse Religionis principium, normam & Regulam; quam dignitatem Solis Scriptis Propheticis V. & Apostolicis N. T. vindicant Protestantes: & aliud esse Testem orthodoxæ veritatis cum S. L. congrua, quo pacto August. Confess. reliquosque libros Symbolicos, in censum testium non tantum admittunt, sed etiam contra Adversarios quosvis urgunt. Tantum de præxi fidei, jam de præxi vita paucis.

S. 50.

S. 50. Sic fuit praxis Fidei, quoad suum fundamentum doctrinale, quid nimis illa, in veritatibus Theologicis, approbare & credere, quid non: in quo se credendo exercere & oblectare debeat, quid ex adverso fugere, aversari & rejicere; Seqvitur praxis Fidei, quoad exercitium Christianismi, per Religionis officia, erga DEUM & Proximum, quæ variè, prout vel vita auditorum, vel alie circumstantia flagitabant, à Vitis DEI genitrix proposta & exposita in S. L. leguntur. Peules per species enumerat, & potiores fructus Spiritus, ad Christianissimum omnino necessarios Gal. 5, 21. Unica communis voce complexè effertur, 1. Tim. 4, 7. οὐαὶ τοῖς ὅπερι εὐοεῖσθαι. Ubi voce εὐοεῖσθαι notat totum cultum veri DEI, sincerumque erga DEUM affectum, ac studium interne devotionis, excitans ad spem, timorem & amorem DEI, vel Fidem rectam vitamque puram, ut ex chrysost. explicat Estius. Vel generaliter omnes animi virtutes erga Deum & proximum, quæ crebris actionibus piis, ad sincera Doctrina præstationem, & præximam immaculatam vitæ directis, comparantur. Requirit autem ad comparationem Pietatis non qualemque opellam, sed strenuam, athleticam γυμνασίαν, qua inquit Apostolus, *tum* continuum vitæ Christianæ studium & exercitium, in eo consistens, ut piè vivamus: *tum* quam simus tardi & inepti ad illud opus, ut proinde longâ curâ & labore ad id nos informari necesse sit, cum aliis ad mala, sponte sine ulla exercitatione, propendeamus. Unde non male Cyprian. Prolog. p. 421. *Omnino, ait, rarum est & difficile fieri bonum, facile & pronum est fieri malum, & hoc sine Magistro, sine exemplo, doctrinâ, statim à pubescentibus annis imbuimur & docemur.*

S. 51. Hoc generale de Pietate dictum, in tres vicissim classes posteriores distribuit Apostolus, Tit. 2, 12. *Sobrie, justæ, & pie vivamus in hoc seculo, quæ tria & noster Jacobus, in sua Epistola spartim, fideliter inculcat.* Et quidem pie vivendum erga Deum: Sana enim Religio divina, cultusque integer esse debet, cuius varios actus Jacobus c. 1. commemorat, Patientiam v. 4. Orationem in vera fide v. 6. humilitatem v. 9. Puritatem & Mansuetudinem v. 21. qui omnes à DEO in primo præcepto mandati sunt, quibus demptis, opus nostrum, etiam optimâ intentione suscepimus, ei neutiqvam placere potest. Itaque Pietas in specie, quam alii Justitiam universalem, alii Religionem vocant, respicit Deum, quo sensu Ciceroni 1. de N. D. *Pietas est justitia erga Deos.* Nobis autem hoc significatu, *Pietas est Cardinalis primi precepti Virtus, quæ DEUM verum,*

F 3

verum, solum, trinum, Patrem, Filium Iesum Christum, secundum utramque naturam, & Spiritum sanctum, summa meritis illuminata estimatio-ne, cordis victimati per fiduciam, Amorem, Timorem, devotionem, oris doxologią, corporis per ἀργούντα significatione, religiosè, sanctè, in-divisè complectitur.

S. 52. Fitque istud vel internè solum, quam Religionem λαργεῖαι Graci, item θρονοῦσι; (oppositam δοξοῦσι, qvā Paulus Tit. 2, 11. significat idolatriam, pravamq; doctrinam & dogmata, teste Theoph. in h. l. imò comprehendit cum primis omnia peccata, contra primam. Tab. nempe falsam Religionem & venenatam doctrinam, superstitionem, incredulitatem, dubitationem de DEI Providentia, & profanum DEI contemptum;) appellant, qvæ propriè interior Numinis cultus est, ad virtutes theologicas propriè spectans. Et hic interior Numinis cultus sufficit qvidem, ad conciliandum sibi benevolentiam DEI & Gratiam; Deus enim cor respicit 1. Sam. 6, 7. viderque etiam in abdito Matth. 6, 6. Non tamen sufficit, ad implendam voluntatem & beneplacitum divinum: vult enim Deus mandatq; etiam exteriora corporis membra, in hostiam & cultum sibi offerri & exhiberi Rom. 12, 1. Phil. 2, 10. II. Col. 3, 16. Unde tanta nubes Sacrificiorum in V. T. verum cultum divinum Novi Testamenti adumbrantius. Vel externè simul, qvomodo Pietas Religio est, qvæ ad externam DEI servitutem spectat, habetque juxta B. Chemnit. P. 2. Loc. tria req̄p̄sa (1.) ut sit opus à Deo mandatum; qvicquid enim in negotio fidei & cultus divini ab hominibus, qvamvis op̄tima ipsorum intentione, praestatur, præter adqvatis & præscriptam à DEO in verbo suo regulam, id contra eam est, prīnde & peccabile & invisum DEO. Confer Dçut. 4, 2. c. 12, 8. Prov. 30, 5. Ezech. 20, 18. I. Sam. 15, 14. &c. & Matth. 15, 8. seqq. Sic Filii Aaron offerentes ignem alienum, à Deo occisi fuerunt, qvippe qui ignem alienum, non præcipien-do eum, vētūt, adeoq; regnū ille alienus, qvoniā fuit præter Dei verbum, idēc etiam erat contra illud Lev. 10, 1. 2. Num. 3, 4. c. 26, 61. (2.) Ut siat in vera fide, à persona reconciliata, illa fiducia, qvā opus placet Patri propter Christum: Impossibile enim sine fide Deo placere Ebr. 11, 6. qvæcūd non est ex fide, peccatum est, Rom. 14, 13. Non ergo ex-stimet homo ille, qui sine fide cum hæsitatione aliquid sive postulat, sive facit in cultu Dei, se aliiquid à Domino accepturum, vel grārum DEO officium exhibiturn Jac. 1, 6. 7. (3.) cōfine, ut DEO prefestetur obedi-entia & honor. Ideo addit Theologus incomparabilis, omnipium Prece-  
ptorum

ptorum enarrationes referuntur ad primum: Debemus Deum timere & diligere, & fiducia Mediatoris non occidere, non furari.

S. 53. Quemadmodum autem Pietas pretiosissimus totius Christianismi thesaurus est, ita fundamentum, radix & Anima Pietatis fides est, mater & regina omnium virtutum, qvā sitne cæteræ vix virtutum nomine dignæ censemur. Sicut enim corpus sine Anima mortuum est, ita Pietas, sine Fide cadaver pietatis; & porr̄, Jacobi comparatione, c. 2, 26. Fides sine charitate mortua est. Habitudo autem hæc charitatis ad Fidem, non est, ceu forma ad formatum, ut absurdè nugantur Pontineii; sed tanquam effecti ad suam causam, vel ut alii loqui amant, Fides ad charitatem & ejus opera, habet se per analogiam formæ ad sua propria, qvorum causa est per emanationem; sicut lux à Sole, vita corporis ab anima provenit. Fieri itaq; non potest, qvin vera Fides semper exerat se per charitatem, per qvam operola est Gal. 5, 6. Ut ubi vera Fides non est, ibi nulla vita spiritualis, illa vera charitas, nulla qvoq; vera charitatis opera, ceu fructus vita spiritualis, & contra, ubi hæc inveniuntur, ibi per charitatis exercitium ad veram fidem pervenient homines, regressu, ut vocant Philosophi, demonstrativo. Omnia enim, ait rector Theophil. pendent à fide, qvæ per charitatem operatur, b. e. qvæ debeat semper efficax & viva commonlyari per dilectionem erga Christum. Dr. D. Calov. Exegem. Art. 4. c. 1. th. 5.

S. 54. Est verò Fides universum & formaliter, firmitudo in cognitione alicujus acq̄viescens, unde Ebr. 11, 1. dicitur ἡστόρεις, qvæ in lucta cum dubitatione subsistens, nihil de sua sententia cedit, non dubitat Matth. 28, 17. non dissidia sustinet in mente, non fluctuat, sed firmiter recumbit in eo, qvod novit & tenet. Varia ejus objecta, variorum sensuum materialium, qvos Theologi observant & accuratè distingvunt, occasio fuerunt. Vel enim certitudo nostra nititur virti boni promissione, juramento, obligatione, & hac Fides dicitur Politica, Ethicis, candor, integritas, veracitas. Vel sustentatur infallibilitate divina ex revelatione, tunc vocatur fides divina historica ac scientifica. Et hujus genuinum fundamentum est solum & unicum Verbum DEI Scriptum, protus infallibile, omnisq; formidinis oppositi expersus. Mundus domus mendacii est, ubi nusquam tuta fides Mich. 1, 14. Conser. 7, 5. Verbum divinum infallibile divinam generans fidem Rom. 10, 17.

S. 55. Vel porr̄, pro objecto habet omnipotentiam Dei, qvā quis firmiter credit, posse Deum per aliquem facere miraculum, & etiam effectu-

effectum esse, si ad divinam id pertineat gloriam, cuiusmodi miracu-  
losa fides vacillavit in Petro, super aquas ambulaturo Matth. 14, 30. fortis  
fuit in Centurione Matth. 8, 8. &c. Regulo Joh. 4, 50. Cananæa Matth.  
15, 28. vel denique objectum agnoscit aliquam iustitiam, quæ quis con-  
fidit se stare posse coram supremo Judice. Et hæc justifica atque salvifi-  
ca vocatur. Atque hanc fidem Deus quidem in primo precepto ab ho-  
mene requirit, siue eam homo præstare posset, utique per eam etiam  
iustificaretur & salvaretur Rom. 2, 13. Gal. 3, 12. Verum enim verò quia u-  
niversam Legem exactè servare homini plane impossibile, ut qui in una  
saltem delinqvit, omnium reus habeatur, Jac. 2, 10. Ideò Deus posuit  
hominibus vadim, Filium suum unigenitum, qui venit in carnem, ut  
impleret Legem Matth. 5, 19. Eius ergò perfectissimam impletionem ho-  
mo sibi per fidem, quæ in lege iustificari non potuit, appropriat &  
aplicat, atque sic in judicio Dei justus constituitur. Itaque appetet hinc,  
quod et si fides in Christum Mediatorem & Redemptorem, non sit in pri-  
mo Decalogi precepto directè, sed tamen pertineat reductive. Quemadmodum enim Lex divina moralis, non est ex fide, si sibi soli retinetur  
; est v. ex fide, utpote per quam stabilitur Rom. 3, 31. Si ex Evangelij,  
Christi perfectissimam obedientiam offerentis, lampade irradietur; ita  
neque seit speciale fidei salvantis objectum, Christum Messiam, Salva-  
torem nostrum, in tuo proprio legali territorio solitaria relata; Cognoscit  
verò cum ex luce Evangelii.

S. 56. Observandum porrò diligenter, quod fides illa, quam  
primo precepto Deus requirit; et si in se & ratione sui una eademque sit  
Eph. 4, 5. Notitia, Assensu & Fiduciâ constans; diversa sit ratione pro-  
prii objecti formalis, à Fide quæ justificat. Ibi enim objectum Notitia est  
revelatio divina, vita dirigenda regula: hic, intellectualis evangelica pro-  
missionis, de gratuita peccatorum remissione, per Christum obtainenda,  
apprehensio. Assensus ibi pro objecto habet, necessariam obsignationem  
in corde hominis, omnium revelatorum τένες οὐλητρόνεων, convictione  
Conscientia ex autoritate dicentis, adversus omne rationis judicium  
& sensum: hic, ipsa promissio, de gratuita nostri coram Deo iustificatio-  
ne, quam judicium intellectus, non solum approbat, sed etiam simpliciter  
in ea aequiescit. Fiducia ibi fertur in Deum, in cuius promissionem  
solidè & firmiter recumbit, nullà fortunâ ab hac hypostasi se depelli  
passura, solatii, latitiae, παραπονίαις, spei (ex observata legis promissio-  
ne) plenissima: hic, in sufficientissimam Christi Γενθεώπεια latisfactio-  
nem.

nem & obedientiam, quam actu, practicè, accipit, apprehendit, sibi;  
in individuo applicat: Christus dilexit me, & tradidit semetipsum pro me,  
Gal. 2, 20. Confer i. Tim. 1, 16. eā se oblectat & latatur, vivere & mori  
in Christo parata Phil. 1, 21. Deinde tenendum, fidem eo modo, ut vir-  
tus est primo precepto requisita, ab actu iustificandi omnino, sicut alia  
Legis, etiam Moralis, opera, excludi: alijs opus aliquod Legis, in consor-  
tium fidei, ad obtinendam justificationem, admittendum fore, contra tot  
tamque luculenta Sp. S. effata Rom. 3, 28. c. 403. seq. Gal. 2, 16. Eph. 2, 8.  
Phil. 3, 8. &c. Sed iustificat fides unicè sub hac relatione, prout fertur  
in perfetta similitudine Christi Mediatoris obedientiam, in cuius virtute fi-  
des credenti imputatur ad iustitiam, exemplo Abrahami, Rom. 4, 3. 12. 22.  
seq. Ut ita frustra oggerant Pontifici, vel Charitatis, vel aliorum operum  
concursum, ex Jacob. 2, 17. quandoquidem Jacobum ibi non agere de  
fide vera & iustifica, sed putativa, hypocritica, pluribus, ex ipso textu  
sponte fluentibus, argumentis solidissimè, contra Bellarm. & alios Jesui-  
tas, probavit, Magist. Dn. D. Calov. Exegem. A. Conf. Art. 6. c. 1. th. 3.

§. 57. Fides igitur, quam ad cultum primi precepti spectare di-  
cimus, eam intelligimus, quæ objectum agnoscit Deum & ejus Provi-  
dentiam, omniaque illa, quæ ad eum pertinent, quam B. Luther. in  
expositione primi precepti expressit: & ille soli confidere. Quis autem  
sit ille, cui unicè confidendum, uberioris explicat in Catech. Maj. p. 403.  
Deus est & vocatur, de cuius Bonitate & Potentia, omnis bona certò tibi  
pollicaris, & ad quem, quibuslibet adversis rebus atq; per culis ingruentib-  
us, configuras. Ut habere Deum nihil aliud sit, quam illi tuto corde fide-  
re & credere. Sola enim cordis fiducia, Deum pariter atq; idolum facit  
& constituit. Quid si ergo fides & fiducia recta & sincera est, Deum re-  
ctum habebit, contra, si falsa & mendax, &c. Et post pauca: Exigit ita-  
que sensus primi precepti, veram cordis fidem & fiduciam, à vero & uni-  
co DEO non aberrantem, sed illi constanter adherentem. Idem, ait por-  
ro B. Vir, vult dicere: hoc vide cures; ut me solum Deum tuum esse sta-  
tuas; nec omnino extra me alium querere coneris. b. c. quarecumque re-  
rum penuria laboraveris, eadem de mea munificentia tibi pollicaris &  
apud me, queras volo. Ac ubicumque pressus in fortunio adversa paternis, ad  
me protinus opem imploraturus configurito. Ego, ego inquam, adjacente o-  
mnium rerum copia te implebo uberrime, atq; etiam periclitantem ex o-  
mnibus malis eripiam. Tantum hoc cave scedula, ut cor tuum illi alteri  
apponas, nec ab eo pendeas, nec in eo acquiescas.

S. 58. Atque hinc apparet, Confidentiam & fiduciam in Religione, de qua h. l. sermo est, cognatum esse spei, requireretur, ut optimè exponit B. noster D. Cbemnit. P. 2. L. c. p. m. 91. (1.) Ut confugiamus ad Deum, non eamus post Deos alienos. (2.) Ut statuamus Deum & velle & posse juvare. (3.) Ut juxta verbum & promissiones speremus ab ipso auxilium, vel successum in bonis, & mitigationem in malis. (4.) Ut modum s. relinquamus consilio DEI. (5.) Nec ex diffidentia atq[ue]d faciamus conitâ Deum, sed fiducia promissionum, maneamus in obedientia mandatorum DEI. (6.) Quidam fuit de presentibus & externis, semper retineamus fiduciam Gratiae seu Misericordiae DEI & spem vite eti, sicut sonant verba: Ego sum Dominus Deus tuus. Re ipsa igitur, ita h[ec] B. Lutherus Com-ment. Galat 5, 6. elegantissimè & more suo, hervose illustrat, fides & spes vix discerni possunt, & tamen est aliq[ue]d discrimen inter ipsas, sicut in Politia fortitudo sine Prudentia, vana est: ita fides in Theologia, sine sp[iritu]e nibilest: quia sp[iritu]es fert & perdurat in malis, ac vincit ea. Et vici- sum. Sicut fortitudo sine prudentia temeritas est; ita sp[iritu]e sine fide presumptio in Spiritu, & tentatio DEI est. Quare primum omnium prius habere debet reltam opinionem, & intellectum fidei informatum, secundum quem in afflictionibus regatur animus, ut speret in malis optima, quae fides di-llavit & docuit. Fides igitur est Dialetica, quae concipit ideam rerum credendarum: Spes est Rhetorica, quae amplificat, urget, exhortatur & persuadet ad constantiam, ne fides in temptatione succumbat; sed retineat verbum & firmiter illi adhaereat. H[ec] Lutherus.

S. 59. Sobriè porrò, vi legis divinae, vivendum erga seipsum, hoc enim exigit Apostolicum ad Cor[inthios], q[uod] non tantum in genere notat, sapienter, prudenter, vernuntig / sicut B. Lutherus in glossulis marginalibus fateretur, monet interim se ita reddere germanicè non fuisse au- sum; prout r[ati]o u[er]o d[icit]ur Festi, opponit Paulus suum ad Cor[inthios] 2, 25. Confer 2. Cor. 5, 13. verum etiam in specie, moderatè, temperatè, continenter & modestè vivere. Itaque n[on] sobriè complectitur omnia, quae homo sibi ipsi præstare tenet, insinuatq[ue] moderationem in affectibus, in actibus & in reliquiis humanis motibus & desideriis, in quibus quisque ordinatus esse debet, erga seipsum, superatis mundanis cupiditatibus. Sobriè, scribit eleganter Theophylact. non tantum absti- mentiam à fornicatione indicat, sed & à reliquo affectibus. Nam si pe- cunias amas, non es sobrius, in modo vero ideo intemperantior es, quando- quidem à nascu non sit hac affectio. Ac simpliciter quisquis ab aliis qui-

buvit motibus vincatur, non est sobrius sive modestus & temperans. Vide graviter de his differentem D. Luther. Exposit. Epistol. Nativit. Domini fol. m. 6. seq. H[ec] omnia Jacobus in nostro negativè expressit: Imma- culatum se custodire ab hoc seculo. Maculant enim totum corpus, & ro- tam nativitatis nostræ inflammant, lingua effraniis, Jac. 3, 6. vani- & tur- pi-loquia, scurrilitas & obscenitas, Eph. 5, 4. Fornicatio autem, quæ quis in proprium corpus peccat, 1. Cor. 6, 18. & tunica[m] Animæ maculat., Judæ v. 23. Templum Sp. S. violat, 1. Cor. 3, 17. membra Christi, in- membra meretricis convertit, 1. Cor. 6, 15. ne nominanda quidem inter Christianos Eph. 5, 3. Similiter omnis immunditia, quæ regno colorum excludit: nam fortis sunt canes & impudici, Apoc. 22, 15. aut Avaritia, quæ inducit in tentationem & laqueum Diaboli, & in desideria multa & stulta & nociva, quæ mergunt homines in infernum & perditionem: Radix enim omnis malitiae est avaritia, 1. Tim. 6, 9. 10. talia quoque ne nominari quidem deberent inter Christianos, immaculatae Religionis studiosos. Si, q[uod] ergo, scripsit pulchre Bernh. de considerat. Natu- ra satis est, implore indigentiam velis, nihil est, q[uod] fortuna affluen- tiam petas, paucis minimisq[ue], natura contenta est. cuius satietatem si super- fluis urgere velis, aut injucundum, q[uod] infuderis fiet, aut noxiu[m]. Unde Lucanus 1. 4. satis est populis fluviusque Ceresque. Mortificate igitur membra vestra, quae sunt super terram, fornicationem, immundi- tiam, libidinem, concupiscentiam malam & avaritiam, quae est simulacrum cultus, propter quæ venit ira DEI super filios incredulitatis. Omnis enim avarus est idololatra. Eph. 5, 5. quia fiduciam & spem Deo debitam, in divitiis collocat. Induite vero, sicut electi DEI sancti & dilecti visce- ra misericordie, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, monet graviter Apostolus suos Colossenses cap. 3, 5. 12. Et Jacobus no- ster, Puris. ate corda v. 18m. Adulteri & adultere, an nesciis quia amici- tia hujus mundi, inimicitia est DEI? quicunque ergo voluerit amicus esse se- culi hujus, inimicus DEI constituitur. Cap. 4, 4. 8.

S. 60. Denique, justè quoque vivendum erga proximum, non- solùm loco, sanguine, Patriâ, Religione, favore, verum etiam natura- & necessitate, q[ui]emlibet, etiam inimicissimum, Luc. 10, 36. hoc enim, justitia, suum cuique tribuens, dictat, ut quæcunque, etiam ab hostibus capitalibus, nobis fieri eupimus, eadem illis faciamus, facere, quæ no- bis fieri nolumus, caveamus, & h[ec] est Lex & Prophetæ, dicente Chri- sto, Matth. 7, 12. Luc. 6, 31. Confer Tob. 4, 16. Cum primis autem: (nam

Pauli dicens ad universam Tab. secundam extendi debet ) exigit Jacobus in nostro, dicens, septima Lege, cum expressa oppositi prohibitio ne: Non furum facies, præceptum. Ubi Justitia est? Virtus in querendo dextra, in comensuando recta, in tuendo parca, in largiendo liberalis, ubiq; suum erg; tribuens. Qvos actus omnes moderatur, summa illa virtus Decalogi Charitas, qvæ in secunda Tabula est, qvā qvis primò se ipsum, ut exemplar amoris in alium, post proximum, qvocunq; veniat nomine, propter Deum, sicut seipsum, estimat mente, prosequitur voluntate, affectu foyet, colit, curat, tuerit, juvat, fert, omnia sincere, gratis, ardenter, constanter, justè, ordinatè. Atqve hæc ipsa est, qvam h. l. Jacobus primariò & immediatè inculcat, sub hac autem sinceram Dei dilectionem presupponit & præreqvirit, quando visitationem orphanorum & viduarum, ad declarandam puram & immaculatam Religionem urget.

§. 61. Dico, primariò & immediatè, ut proinde verba Jacobi, non sint exclusivè intelligenda, quasi sufficiat ad puram & immaculatam Religionem, visitare orphans & viduas, in afflictione eorum, qvomodo docunq; interin cum DEO comparatum sit: Siqvidem talis visitatio, etiam apud ipsos Gentiles & Paganos atqve publicanos, non omnino insolens est, veluti hoc ex effato Christi, Matth. 9, 46. evidenter colligere integrum. Qvis autem puram illis atqve immaculatam Religionem tribuerit? Non vult igitur, restitutissimè ad dñe reges h. l. B. D. Lucas Osiander, Jacobus, quasi tota Religio Christi, in officiis humanitatis & vita probata confusat: alios etiam Turcas pro Christianis habendi essent. Qvia inter Turcas reperiuntur, qui miseriis benefaciant, & honestam vitam ducent. Tales hypocrita multi sunt inter Anabaptistas & alios Sectarios. Sed hoc vult Jacobus, frustinaeos de vera Religione & sincera disputare & gloriari, qui in vita sua nibil homino Christiano dignum demonstrant. Ceterum, qvod puerulos & viduas attinet, omnino nobis cura esse debent. Et studiosè cavadum est homini Christiano, ne malis exemplis mundi, ad impietas imitationem prohibatur. Ubi enim impietas dominatur, ibi vera fides, aut pura atqve immaculata Religio, neutiquam esse potest.

§. 62. Idcirco fermo Jacobi ita exponentus, ut ex actu imperato Religionis erga proximum, validissimè ( et si non semper infallibiliter ) inferatur immaculata Religio erga Deum, idqve præunte Johanne Apostolo 1. Epist. cap. 2, 9. c. 3, 14. c. 4, 7. seqq. Dictum ante est, Religionem propriè esse actum elicium, qui solum Deum genuinum & pro-

proprium objectum agnoscit: qvia tamen ex officiis beneficentia in proximum, qvodomodo cognoscitur, idcirco & hos actus misericordia, Religionis nomine dignatus est Jacobus. Nucleus quidem prima- que proprietas veri Christianismi, est sola fides in Christum, ea tamen extra hanc relationem, in officina Christianissimi, non debet esse sola, sed va- tiis virtutum aliarum ornamenti conspicua, cum primis verò primogenitū suā, sincera Charitate, per qvam se exerit & ostendit Gal. 5, 6. Ubi cunq; ergo vera fides est, ibi qvoq; ceu individus Comes, vera Charitas, & ubi hæc sincera est, ibi qvoq; opera beneficentia, certissima, licet qvoad nos non semper infallibilia, dilectionis signa. Ostende fi- dem tuam ex operibus tuis, Jac. 2, 18. Sicut ex adverso, ubi nulla erga proximum beneficentia, aut opera misericordia, sed clausa viscera, co- ram fratre egeno, ibi nulla dilectio proximi, ubi nulla proximi dilec- tio, ibi nulla dilectio DEI: qpi enim dicit se diligere Deum, & odit pro- ximum, mendax est, qvomodo enim potest diligere DEUM, qvem non- vident, si fratrem, qvem videt, odio habeat, 1. Joh. 4, 20. Porrò ubi nulla dilectio Dei, ibi nulla fides, & denique, ubi nulla fides, qvomodo ibi vera Religio aut Christianismus verus esse potest? Ex operibus itaq; misericordia, vera Charitas, ex vera Charitate, viva & operosa fides, & consequenter verus Christianismus, pura atqve immaculata Religio ( judicio Topico, apodixis enim hic semper soli Deo relinquenda ) ho- minibus innotescit & patescit.

§. 63. Observandum autem, qvod sicut fidei, qva & qvā credi- tur, ita & Charitat's hujusq; per opera misericordia exercitii, sola & unica norma atq; regula est Scriptura sacra, Canone ecclesiastico (normativè, non constitutivè) constans, ad qvem libri Prophetarum, & Apostolorum pertinent, ex qvibus de operibus fidelium & infidelium judicandum. Regula enim nobis, verba sunt Magnif. Dn. D. Galov. Illustr. Bibl. T. 4. p. 642. cùm credendi, tūm vivendi Scriptura sacra, qvod utrumq; Apostolus in Epistola ad Galatas, dicitur autem com- plexus est, cap. 6, 16. In Scriptura ait August. Ep. 2. ad Volus. Ethica est, qvoniā vita beata & honesta, non aliunde formatur, qvam cum ea, qvæ diligenda sunt, qvemadmodum diligenda sunt, diliguntur, b. e. Deus & Proximus. Qvomodo autem Deus diligendus, qvomodo pro- ximus, unde sciri potest evidentius, qvam ex S. L. utrumq; ipse Christus brevissimo Aphorismo complexus est: Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua, & proxi-

*proximum tuum sicut te ipsum*, Matth. 22, 37. frustranea itaque hic dilectionis Dei, ex connata nobis *Θλαυτία* suborta, quæ contemptu & defecatu dilectionis proximi potissimum se prodit.

§. 64. Frustraneus hic est amor Idololatricus, per Sanctos, eorum imagines, ossa & reliquias, Deo delatus. Verè enim talis *Amor hypocriticus & adulterinus* est, qui simulat, se toto corde adhærere DEO, alio interim vertit oculos, undeveniat auxilium, à Matre misericordia. Confer Jer. 2, 13. c. 3, 20. *inconstans & mendax*, qui nunc Deum, mox alium, jam hunc, jam illum Sanctum, Patronum sibi deligit, qui, si vel planè non, vel tardius juvet, ad tertium & quartum resilit, ut non immerito queratur Dominus: appropinquat populus iste ore suo, & labiis suis g'orificat me, eor autem ejus longè est à me, & timuerunt me mandato hominum, Isa. 29, 13. Qui autem aliud ore profert, aliud sentit in corde, vir mendax & duplicitis cordis esse dicitur, Psal. 12, 3. & 55, 22. ubi B. noster Luther. emphaticè sensum reddidit: *Ihr Mund ist glatter denn Butter / und haben doch Krieg im Sinn: Ihre Worte sind gelinder dem Teile / und sind doch blosse Schwerdtter.* Confer Psal. 28, 3. Jer. 9, 8. *Sapientia est . idem semper velle, & idem nolle, ait Seneca, inconstans autem viri iudicium, quod die variatur & in contrarium vertitur. Vir enim duplex animo, inconstans est in omnibus viis suis*, Jac. 1, 8. Confer cap. 3, 9. Eph. 4, 14. Ebr. 13, 9. *Inobediens*, qui relichto præcepto DEI: Secundum legem Domini, & non declinabis ad dextram, neq; ad sinistram, Deut. 17, 11. claudicat in utramque partem t. Reg. 13, 21. *Impatiens*, qui cum Deus, ut potentem exercet, non nihil prolongat auxilium, refugit, dicens cum irata Junone: *Flester si nequeo superos Acheronta movebo. Partitus*, cuius pars Deo, pars Creaturæ, Mariae, Sanctis, Sculpturis, picturis, ossibus, Sanctorumne, an latronum sint, incertum, defertur. Isa. 40, 19. c. 44, 9. seqq. Qvod an sit ex toto, non diviso, corde Deum diligere, judicent ipsi, qui talia faciunt. Denique *tepidus*, qui nescit, cui primas amoris, DEO, an mediatori Sancto, deferat: quia nescit, cuius potiores & promptiores in juvando suere partes. Ut taceam, qvod hic amor nullo modo sit verus, cum fiat non propter Deum cœli, sed potius propter Mundi Deum Terminum, qui est Venter, qui omnia capit & rapit. Quia, & alias sunt dilectionis Dei, extra & contra Scripturam excogitatæ vanitates, in papatu freqventissimæ. Ubi vero talia vel per vestigium, in S. Lit? ubi talium mandata? ubi promissa? ubi verè fidelium exempla?

s. 65.

§. 65. Dilectionem proximi Jacobus, in nostro, affirmativè speciatim: *visitare orphanos & viduas, in afflictione eorum: Deus vero, inter fulmina Sinaitica, negativè generatim: non furum facies, exprimit;* Ubi observandum, monet pulcherrimè B. noster Chemnit. L. C. P. 2. p. m. 188. qvod, cum negativa loquatur de externo fausto, non furaberis, Deus in affirmativa non voluit simpliciter dicere de beneficentia, ne tantum de externis operibus intelligatur præceptum; Sed nominat dilectionem, quæ intimos cordis motus complectitur, ut ita & collatione prohibitionis & præceptionis, ostendatur vera sententia, nec de externis tantum operibus, neq; etiam de interioribus tantum moribus, accipiendo sit hoc præceptum, sicut Christus parabolâ vulnerati docet, ubi Sacerdos & Levita pretereuntes commiserationem quandam sine opere ostendunt, Samaritanus vero utrumq; prostat. Qvod exemplum Chisti Johannis; 1. Epist. 3, 18. ita propðmit: Filioli mei, hōa diligamus verbo & lingvā, sed opere & veritate. Ubi veritas complectitur vetam affectionem interiorum motuum in corde, ut sunt, misericordia, sympathia, mansuetudo, esse placabilem, vacare odio, malevolentia, non esse tenacem Euclionem, &c. Sub lingvā vero comprehenduntur externi gestus, affectus & verbā, quomodo Christus ad Patalyticum. Confidē fili, Matth. 9, 2: ad mulierem viduam: *nolifere.* Luc. 7, 13. Confer 1. Pet. 3, 8. Eph. 4, 32. Itaque verbo diligere est, consilio juvare, consolatione erigere, item benedicere perseqventibus. Denique opere diligere est, exercere beneficentiam, Ebr. 13, 16. erga domesticos *Θλαυτίας*, erga pauperes & afflitos æquitatem, misericordiam & *εὐηγέτιας*, erga peregrinos hospitalitatem, Ebr. 13, 1. & quæ alias sunt septimi præcepti virtutes insigniores, quas B. Luther. ita exprimit: *Sed deus operam, ut illius opes conserventur, & ejus conditio melior reddatur.*

§. 66. Redditur autem conditio proximi melior, quando opera Charitatis, sive positiva, sive negativa, à nobis accipit. Utroque enim modo exerit se Charitas, & positivè quidem, quando proximus, sive dñe, consulendo & consolando: quomodo talia beneficia insigniter commendat David, Psal. 141, 3. & Salomo, Prov. 8, 9. Sive factis, sublevando juvatur, qvod vicissim extollit David, Ps. 41, 1. & Salomo, Prov. 19, 17. c. 11, 29. Itaque non fortuito casu, Paulus suos Corinthios ad exercitium Charitatis, etiam notorio peccatori incesto, facto exhibendum, serio hortatur, 2. Cor. 5, 8. quæsi frustra aliæ nomen *αγάπης* jactaturi sint, nisi opera misericordie simul ei exhibuissent. Sic 2. Cor. 8, 8. exploratam reddere

reddere cupit Charitatem illorum, per hilarem elemosynarum elargitionem v. 24. Confer. cap. 9,7. Qvæ, & universa alia, complexus est, Jacobus h. 1, unicà voce visitare, qvod quale esse debeat supra dictum est. Negativè autem Charitas se per opera, quibus proximum afficit, exercet, qvando malum, qvomodo cunque sive verbis itidem, sive factis, ab alio non sustinet, per qyod, in suis quibuslibet officiis & negotiis, impediri, vel saltem retardari possit. Atqve hæc Jacobus insinuat verbis: *immaculatum se custodire ab hoc mundo.* Utraqve negativa & positiva Charitatis opera elegantissima annætra conjunxit David, Psal. 15. & Apostolus 1. Cor. 13.

§. 67. Observamus porro & hoc, qvod æqvè qvidem nobilia, sint utraqve, & æqvè necessaria. Si tamen primò, obligationem attendas, negativa positivis majora competeras: obligant enim ea omnem, ad semper & ubique, sine ulla personarum, loci aut temporis exceptione: si qvidem nulli usquam aut unquam permisum est, maculari ab hoc mundo. Positiva verò obligant ad hie & nunc, cui qvando & ubi licet, talia exercere. v. g. qilibet tenetur visitare orphanos & viduas, in afflictione eorum, nisi vel morbus, vel absentia, vel publici Muneris, hic & nunc exercendi, partes, aliud flagitent. Facto item necessitatibus proximi succurrere, qvibus obligatus est, dummodo facultates id permittant. Servandam enim & hic esse æqvabilitatem monet Apostolus, nondum aliis remissionem procuramus, nobis afflictionem attrahamus, 2. Cor. 8, 13. Deinde, si durationem species, negativa positivis itidem ( qvomodo charitatem fide & spe maiorem dixit Apostolus, 1. Cor. 13,13.) majora erunt: qvando qvidem inter beatos coelites, nullius amplius indiges, positiva cessabunt, cum nemo ibi elemosynam vel rogabit vel erogabit, nemo orphanos aut viduas visitabit, qvia nulla istorum ibi afflictio, nulla egestas, nulla tribulatio. Negative tamen Charitas ardentissimè & candidissimè se in vita at. exercebit. Nullus ibi aget perpetram, nullus maculas mundi contrahet. Nulla ibi amulatio, nulla invidia, nulla supebia, nulla arrogantia, aut arrogans inflatio. Qvapropter hic humilitati studendum, ut apti idonei que habeamus exaltari, ad illam æternam sublimemque dignitatem & beatitatem. Itaq; dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domesticos fidei, ut tempore suo metamus non deficientes, sicut benefaciendo non deficitamus, Gal. 6, 9. scq. 2. Thess. 3, 13.

§. 68.

§. 68. Qvando autem Apostolus ait: *Maximè ad domesticos fidei*, comparatè loquitur, neq; ve per omnia exclusos vult, vel extraneos fidei, vel ipsos etiam inimicos: hoc enim esset Magistro suo Christo Dominu, in os contradicere, qui dissertissimè præcipit: *Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos, orate pro perseguentibus & calumniantibus vos*, Matth. 5, 44. Sed certos dar. gradus dilectionis proximi, subinnuit Apostolus. Eti enim omnibus egenis & pauperibus, qui nudi sunt, vestiisque quotidiano agenti, qui propriis ejeci, vel creptis sedibus, extortem agunt vitam, quos item agritudo aut Senectus, ipsa mortibus, invasit, ut proprio labore diurnum victimum querere nequeant, omnibus, inq; vnam, his secundum Scripturæ dictum, Lev. 25, 25. 35. Deut. 15, 7. Prov. 3, 27. c. 5, 16. Isa 58, 7. Eph. 4, 28. 1. Joh. 3, 17. Jac. 2, 15. beneficiendum; sunt nihilominus, ut propinquitatis, ita & exercitii Charitatis cerri gradus. Semper enim unus alterò nobis est propinquior. Parentes naturales consanguineis, consanguinei affinibus, fidei domestici extranei, contribules aut concives, alienigenis & peregrinis, qui etiam propinqui sunt natura & necessitate. Atqve juxta hos diversos propinquitatis gradus, diversum quoq; operum Charitatis exercitium dari commonstrat Apostolus, qvod nos ad tres classes revocamus. Primò namq; Dominus in verbo suo, beneficentia opera regnirit erga Parentes, Liberos, Nepotes, Neptes, aliosq; sangvine junctos. Qvamobrem severè objurgat Christus hypocrisin illorum, qui sub specie Corban, Parentes egenos negligunt, Matth. 15, 5. *Si quis suorum & maximè domesticorum (Parentes Liberorum & hi vicissim illorum) cunum non habeat, fidem, & consequenter Christianismum, negavit, est infidelis deterior*, 1. Tim. 5, 8. Si quis ergo fidelis habet viduas, (Matrem, aviam, vel alias sui sanguinis consortes) subministret illis, ut non gravetur Ecclesia, ut his quæ vere vidue sum sufficiat, ibid. vers. 16.

§. 69. Deinde sunt Domestici fidei, cum primis qui Evangelii causa, relictis propriis, aliorum subsidio vitam sustentare coguntur. quos sedulò commendat Christus, Matth. 10, 41. *Qui recipit Propheteram in nomine Propheta, mercedem Propheta accipiet, & qui recipit iustum in nomine justi, mercedem justi accipiet.* Facite ergo vobis amicos ex Mammona iniquo, ut cum coperitis egere, recipiant vos in eterna tabernacula, Luc. 16, 9. qvoniā qvicquid feceritis uni minimo fratrum meorum, mibi feceritis, Matth. 25, 40. & qui vos recipit, Christum recipit, qui vero Christum recipit, recipit Patrem, qui misit illum, Matth. 10, 40. Qvæ melior

H

meior merces beneficentia ex eo gitari potest: Idcirco seclantes hospitalitatem, communicat e ne celsitudibus Sanctorum, mons Paulus, Rom. 12, 13. Quid autem si o filius, ita hic eleganter Erasmus. Communicantes dicat, non subenientes, innuit, quod commercium su inter dantem & accipientem, & plus beneficiari, qui dat beneficium, quam qui accipit. Deinde, quod non omni cura & zara dicatur, sed & genitac, quod magis sonat usum sive opus huius bere, idcirco submonuit, quod quidam, non nisi in extrema necessitate, quae ne nos debere proximo subvenire. Vid. Magnis. Dn. D. Carol. T. 4. Illu str. Bibl. p. 210. b. Qui ergo babuerit substantiam bujus mundi, & viderit fratrem suum necesse habere, clauserit, viscera sua coram eo, quo modo Charitas DEI manes in eo? qvarit graviter Johannes 2. Epist. 3, 17. Confer Jacob. 2, 15. 16.

S. 70. Denique propinqui sunt loco, Civitate & Patria. Si unus de fratribus tuis, qui moratur: secum intra portas Civitatis tuae, in terra, quam Dominus Deus tuus datus es tibi, ad paupertatem devenerit, non obdurabis cor tuum, nec contrahebas manum, sed aperies eam pauperi: Non enim deerunt pauperes, in terra habitacionis tuae, idcirco ego pricipio tibi, ut aperias manum fratri tuo ogeno & pauperi, qui tecum versatur in terra, Deut. 15, 7. 12. Ubi vero Fides per Charitatem ejusque opera satuisse exercuit, non debet hic subsistere, sed foras quoque ad extraneos, ignotos, ipsos etiam inimicos, Samaritan exemplo, Luc. 10, 33. excusare. Omnis potenter abs te tribue, Christi mandatum est, Luc. 6, 30. ubi hoc vult: ut etiam ingratiss hominibus beneficiamus, ita tamen, ut abundantia nostra, aliorum subveniat inopia, 2. Cor. 8, 14. Si esurit inimicus tuus, ciba illam, si fecit, da illi potum, praecepit Spiritus Domini, Prov. 25, 21. 22. Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, & beneficiatis illis, a quibus retributionem expectatis, quam gratiam habetis? Nonne & peccatores diligentes se diligunt? & beneficiunt beneficia compensantibus? Luc. 6, 32. 33. Cum ergo facili prandium, voca pauperes (orphelinos & viduas) cacos, debiles & claudos, & beatus eris, quia non habens retribuere tibi, retribuetur autem tibi, in resurrectione iustorum, 1. ad. 14, 13. seq. Quorsum elegansissime Laetant. I. 6. Instit. c. 21. Largire curia, debilibus, claudiis, defictis, quibus nisi largiare, moriendum est. Inusiles sunt hominibus, sed utiles sunt DEO, qui eos visi, Spiritus donat, qui tunc dignatur. Quantum autem dandum, pulcherrime doceet Tobias cap. 4, 9. Si multum tibi fuerit, abundantius tribue, si exiguum sibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri stude. Et Sirach 14, 13.

Secun-

Secundum viras tuas expurgens, da pauperi. Si potes dare, da, si non potes, affabilem te presta. Nemo dicat non habeo: Charicas de sacculo non erogatur, ait August.

S. 71. Universa haec & singula, ductu S. L. agit Charitas candidè, sincerè, integrè, quæ an calis sit, ubi proximo, alijs afflito, sub specie beneficij verbalis, afflictio accumulatur, judicent alii, quibus acutius animadvertere concessum. Difficile disti, ait Cicero 2. Off. quanto pere conciliat animos hominum, comites & affabilitas sermonis. Numenium affabilitas videtur, quando laudatur quidem ex hac, quid autem sit nescio, quando admordetur ex illa parte proximus, qui sub cruce à DEO sibi imposita gemebundus, nescio cuius praesidentis temeritatis, terrandi Deum, aut insolentis ambitionis, reus postulatur. Quid enim, hoc aliud est, quam propriam clementatem, vias Domini, quibus mirabiliter suos ducit, diffidenter declinando prodere? Scilicet temerarius fuerit Joseph, qui ob præstigia futura dignitatis, à Patre grandevi violentor abropatus, in mancipium venditus, indignus habitus, tot mala, carcères, vincula sustinuit, quæ, si cum fratribus idem coemus inflaret, auctoritarum meretrici consentaneo voluisse, evitare uno actu posuisset omnia. Gen. 37. seq. Temerarius quoque pius Mardonius, qui dum coram superbillissimo Haman, genui, vel civiliter, flectere detrectaver, universam gentem Judæam, in toto Achaiveri Regno, in extremum vitæ fortunatumque conjectit periculum, scilicet! Esther 3, 5. 6.

S. 72. Deinde quid hoc aliud? quam ex proprio genio & ingenio alios judicare? propriamque, olim forte exercitata, adhuc dum vere (si ex minori majus colligere, & retorquere sequelam licet) in corde haerentem radicatum, turpem *Carrias* & ambitionem, coram universo mundo proflituere? metum in super, ex invidia & amulatione, vel quoconque alio perverso affectu: ne forte alius sibi in aliqua munere & dignitatibus parte præferatur; (talia qui concupivit, convictus respondeat, non meum hoc onus) subiectum, propalatam testari? Qualis vero in hominis positum sit arbitrio & potestate, vel neptere sibi honores: Non potest homo accipere quicquam, nisi datum ei fuerit de celo. Joh. 3, 27. Nec sumit sibi quicquer honorem, sed qui vocatur à DEO, sicut & Aaron, sicut nec Christus semetipsum clarificavit, ut fieret Pontifex, sed qui locutus est ad eum, Ebr. 5, 4. 5. vel operibus, quæ in ratione, cujuscunque nostri meriti, seu stercore coram Deo habentur, Phil. 3, 8. ant passim, qvarum nullus verè Religiosus & Christianus genuinusque Dei filius,

lius, & censu esse potest aut debet. Ebr. 12, 5. 6. 2. Tim. 3, 12. *bonores, &c*  
nesci qvas imaginarias dignitates, ati vanitates potius, apud Deum me-  
reri. Non puto: Si enim omnia feceritis, qua precipiuntur. Si perpessi  
fueritis omnia, qva à Deo (ne nos ipsi crucis nobis, nostrâ opinione levio-  
res fabricantes, divinam abiciamus) imponuntur, Vobis, dicit: Ser-  
vi inutiles sumus, quod facere debuimus fecimus, quod, vel saltem aliquid  
illius, idqve minimum, pati mecum nus, pertulimus, Luc. 17, 10. 11.

S. 73. Quid verò si omnia haec Christi potius ejusque Evangelii,  
qvam turpis ambitionis causa, citra omnem temeritatem, facta sunt? Id  
quidem tu negas, ego ajo, habeoqve, Dei gratia! certissimum domi te-  
stem, testimonium bonæ Conscientiæ, qva ne ad momentum adversa-  
tiis, etiam, ut videbantur & achuc dum defenduntur, in leviortibus,  
(qvanquam qvid ibi leve, ubi nil nisi misera gravisqve conscientiarum  
servitus?) cedere permisit, aut perniciofa eorum, in exitium intemera-  
ta Religionis, excoigitata postulata admittere aut opprobare. Dubitas  
forte de his? Cedo verò; unde scis, pium Mardochai vera dicere? dum  
ait: Domine, tu scis, qvia non pro superbis & consumatis, aut aliquo glo-  
riæ cupiditate fecerim L. xc, ut non adorarem (consensu qualicunqve)  
Haman (Pontificem in ejus membris) superbissimum: libenter enim pro  
salute Israhel, etiam vestigia pedum ejus de osculari paratus essem, sed timui,  
ne honorem DEI mei, transferrem ad hominem, & ne qvam (vel  
nudo consensu) adorarem, excepto DEO meo. Supplm. Esther 1, 12. &c.  
Concedis haec, dubitas nihilominus de illis, jam cave, ne interiora proxi-  
mi, qva nemo novit, nisi Spiritus, qui in homine est, qui scrutatur o-  
mnia, i. Cor. 2, 10. 11. curiosus scrutatus, in arcana Dei judicia temerè  
manum immiseris, qvin imo lingvam calamumqve refranans, vivam si-  
dem, per charitatem operosam, verbo & opere efficacem, verè & sincerè  
ostende, Charitatemqve ulterius intemeratam, per genuina ejus opera, si  
ne quis, vel nolis positivè, saltem negativè benefaciendo, coram homini-  
bus testare & declara, ita puræ atqve immaculata Religionis sectatorem,  
Immaculatumqve Te ab hoc seculo satis superqve probaveris. Hoc enim,  
judice D. Luca Osiandro in h. l. argumentum est vere pietatis & hominis  
religiosi: si qvæ ex vera fide in Christum hominum miserorum curam susci-  
pit, & viduas pupilosq; officiosè & piè curat, & in omnibus actionibus  
suis non hujus mundi pravitate imitatur, sed innocenter & sanctè vivit.  
Quod, ut fiat utrinque, precor: Domine Sanctifica nos in veritate tua,  
Sermo tuus veritas est! Tantum de ègaciqz, seqvitur.

### Qvæstio

### Qvæstio Prima.

#### Qvenam in Specie & ubi vera Religio querenda?

S. 1. Duo queruntur, qvæ & ubi sit vera Religio? ut Veritas utro-  
biq; constet, paucis expedientum utrumqve. Primo autem qvaritur, non  
de Religionibus, qva foris sunt, extra pomaria Ecclesie, rōm. 10. 10. & 11. & 12. &  
qualsi sunt. (a) *Gentiles*, vana de salute persvassione laborantes, qui tunc  
sine Christo, alienati à conversatione Israel, hospites testamentorum  
promissionis, spem non habentes, & sine Deo in hoc mundo, Eph. 2, 12.  
qvibus tamen, ut Aristoteli, Senecæ, Socrati, Numæ, Arisłidi, &c. æ-  
ternam beatitudinem adscribere non dubitant, qui primas partes reli-  
giofa veritatis tenere videri volunt, qvos longa serie vide apud D. Ger-  
hard. exeg. 1. 2. cui addi potest Christis B. Dannhau. p. 695. leq. (b) *Ju-  
dei*, qui hodie & à multis retro seculis, sine luce, sine lege sunt, sine Re-  
ge, sine Lare, sine pace conscientiæ, sine Spe salutis vivunt, vagi, regno  
messiano dudum (non absoluto decreto, sed justo Dei judicio) exclusi,  
eccentriti, repudiati, sua Cabalæ, noctis filiæ, confisi, legi thalmudi-  
ex obsequioli, qui verum Messianum nesciunt, oderunt coeci, perseqvun-  
turi furosi, tardigradum illum frustra expectantes, nuspiam fundum.  
Habentes ubi consistant, excoccati, cauterati, indurati, qui vel solo  
Christiani nominis odio, sanctimoniam decoixerunt. (c) *Mahomedani*,  
Luce verbi divini liberè coruscante destituti, à Lege Christi longè devii,  
Alcoranum, prodigiosam mendaciorum saturam seqvuntur, Pacem vi-  
gilis conscientiæ nullam præstare possunt, alphaliam salutis è nullo ar-  
gumento docent, sanctimoniam figuris qvibusdam externis simulant,  
dogmata tenent, è qvibus non nisi immania scandala proficiunt possunt,  
particidium & polygamia. De his ergo extra censum Christianismi  
(amplissimo significatu) positis h. l. non qvaritur: qvid enim attinet  
de iis, qui extra sunt judicare? i. Cor. 5, 12. Sed de Religionibus intra-  
fines Ecclesia Christianæ constitutis, qvarum tanta hoc seculo exulcerato  
copia, ut vix numerum, vix numerandi terminum facile inveneris, un-  
de rebus Lipsiis, Non fuisse, ait, seculum religionum feracius, pie-  
tatis sterilius, qvam present.

S. 2. Deinde non etiam qvaritur de Religionibus intra Ecclesiam,  
manifestè erroneis, qualis (i.) *Atheistica*, generalissima, catholicissima,  
transcen-

transcendentalis, maxima, die g. j. Religione / cui Lux Spiritus S. ipsa...  
videlicet veritas ecclesiis, horrore est & fastidio ; quicquid vero Spiritus  
mundanus distinet, id illi lucet, id norma est in Religione. Dictar Gal-  
lionismum ? applaudit. Quid autem monstri alar foveatve Gallionis, au-  
tiose expoluit, Salve Reform. Dn. D. Dannh. p. 627. seq. Lex athe-  
ismi est, Ratio Status, quem ita hypposit. à Lap. definit. Ratio Status est  
certus quidam politicus respectus, ad quem tanquam normam seu Cynosurum  
al quam omnia consilia omnesq; adiu in Repub. diriguntur, ut cōfes-  
tibus & expedienti sumnum finem, qui est salus & incrementum R. p.  
consequantur. Pax secularis est, salus temporalis. Tantum sit Reli-  
gionis floreat copias reserta, victoris gloria, vel, quod felicius est,  
pace secura sit. Scopi scopolus offensionis & finis, non solum cinis, sed  
& ignis est sempiternus : hec enim illa via lata, qvz ducit in gehennam.  
Vide hic B. Lutherum T. 3 Lat. p. 32. Dn. Reikling / Politia Bibl. Praef. &  
I. i. Ax. 7. item Dn. D. Dannhav. Th. Conf. T. 1. p. 506. seq. & Colleg.  
Decal. p. 238. Salve Reform. p. 755. (2.) Graecanica, qvz Lege & Luce  
verbi divini neglecta, à fide Christi defecit, in trabales contra fidem erro-  
res prolapia e. g. mutabilitatem miseria infernal, fiduciam proprias  
justitiae, qvamvis non solius. Non decet, scribit Jerem, Patriarcha, in-  
totum nostrā justitiae confidere, sed divina justitia & sanctitate; ei; enim  
gracia salvamur, tamen homo ipse auctor est, qui sub sudoribus eam ad nos  
enxit. Christi Pacem dudum est quod decoxit. Asphalam salutis,  
dum extendit salutem ad rogam oīque infernalem, eque illo liberatio-  
nem pollicetur, ex incertis & invalidis vivorum suffragis, luxat. Con-  
solatio, qvam jaicit, tota in spem auxiliū è Sanctis hauriendi, termina-  
tur.

5. 3. (3.) Orientalis, Melchitica, Maronitica, Chaldaica, Ar-  
meniana, Jacobitarum, Abyssina, & si qvz aliz species ejusdem dari  
possunt. Omnis illa Gens Eoa, olim è S. L. recte damnatis hereticis,  
judacis fermenti mixtura infamata, iudaizat, ritu circumcisionis suscep-  
to. (4.) Sociniana, qvz Christianismi nomen demeruit, ut solide de-  
monstravit Magnif. Dn. D. Calov. Socin. proflig. p. 28. seq. Lucem se-  
cuta non divinam, non Christi Legem, sed Rationis dictamen, Christi  
æternam Deitatem inficiatur. Pacem conscientia promittit non veram,  
ingue S. L. fundata, qvam negat & rider. (5.) Arminiana, ab Ar-  
minio ita dicta, qvz Lege divina & Luce Sp. S. in sensu divino hauriendo,

luā

sed opinione, non indiger. Pacis fundam in dubium vocat. (6.) Es-  
thiastica, qvam jaicit fanatici, visionibus nocturnis colloquiisque di-  
vinis delectati, qvibus virtuē jam Ecclesia, cui longè certiora dogmata  
in Verbo Dei suggestantur, opus non est. Fuit enim, cum vox divina ab  
affectu humano aliorum tracta & explicata fuit, qvam oportebat. Unde  
enim Johanni baptizanti, qvā Jēsu Nazareno, major à Judaeis habitus  
honor? nisi quod vocem Jordanicam, à Jēsu Nazareno, ad Baptistam,  
obliquitur Iudei. (7.) Anabaptistica, qvæ horrendum tenebratum  
chaos involvit, Legem Lucem, Christi contemnit, Pacem conscientia  
non praestat, dumque operariam justitiam admisit, asphalam salutis  
palam abnegat. De his ergo jam commemoratis Religionibus h. l. non  
qværitur, quandoquidem vanitas earum, ita hodie manifesta est, ut vix  
qvilibet, cui sanum est judicium, easdora approbare possit, ne dum  
sectari volit. Ostendit earum vanitatem Dn. D. Kronay. Serutum Relig.  
& Dn. D. Dannhav. Theol. Conf. T. 1. p. 352. & 506. seqq. item Christ-  
feid. p. 695. seq. ex qvibus nos ista, & pleraque Dissertatione priore  
decepimus.

6. 4. Dantur vero præter jam enumeras, à principali contro-  
versia stare, ut dictum, alienas, tres adhuc celebriores magnori populo-  
rum Religiones, Calviniana, Romana & Lutheranā, qvz potissimum ho-  
die, ubi de veritate qværitur, vocantur in Controversiam. Ubique suum  
enique placet, fortis ubique veritatis præsumptio, qvam illa ē naturali,  
ista ē papali, hec unice ex divin. & cœlesti S. L. lumine hauriendam  
statuit. Cum primis autem Ecclesia papæ, sua Religionis veritatem ad-  
modum superbe jaicit, quasi vero inde ab Apostolorum temporibus  
Doctrinam & cultum Christianum, omni ex parte salvum & intemera-  
tum retinuerit, nullā facto vel ad sinistram, vel ad dextram deliqvio. Istud  
si quis in dubium ipsis vocet, ac si Religio Romana non sit indubie atq;  
infallibilis veritatis, pupillam oculi tangit, horrem non exiguum in-  
entit, furorem concitat, ut qui talia vel audit, ad ipsum mox auditum,  
ceu rei cumprimis execrandæ, te tus contremiscat, & in insanum furorem  
rapiatur. Sed nec probari id posse censem, nisi palam constet, lucem  
transisse in tenebras, justitiam in injustitiam conversam, & rerum na-  
turas mutationem esse passas. Veritatem siquidem throno papali, tam-  
arcet alligatam esse, imprudentissime credant, ut qvicquid alibi, sive in  
ordinariis concessionibus quotidianis, sive in Conciliis extra ordinem co-  
stitutis

actis veritatis reperiuntur, id omne ex scrinii papalis exundantia, et derivatum sit.

S. 5. Cum igitur in præscriptione, à tot seculis, Catholicismi, (ex proprio ingenio, non verò ex rei natura explicati) Antiquitatis, Amplitudinis, non interruptæ Doctrinæ, Consensus, continua Successionis, Felicitatis, aliorumque Cleopatra Romanæ externorum, ab ingenuo, ut cum Dn. D. Dannh. appellat, Lenone Bellarm. I. 4. de Ecc. e. 4. consutorum ornamentorum, consistant; veritatem sua Religionis in dubium vocare, summum putant scelus, nisi dicere velis, vel Ecclesiæ per tredecim secula interisse: vel Ecclesiar. Romanam à Lutherana defecisse, cum tamen Ecclesiæ aliquam Lutheranam, in toto terrarum orbis unquam extitisse, nullatenus probari queat: vel certè, quotquot ante Lutheri tempora vixerunt, omnes damnatos esse & periisse, quæ, & alia similia, pilo leviora, pro veritate sibi vindicanda, producunt & obvertunt, quibus refutandis immorari non licet, siquidem silentium nobis hic procurarunt B. D. Chemnit. Exam. Conc. Tr. D. Nicol. Hunnius Apostas R. E. Dn. D. Dannhav. Antichristosoph. Hodom pap. item Christicide, & alii. Calviniane veritatem in lucem prostravit Veneranda Facult. Theol. Witteberg. 2xvij. 5. D. Nic. Hunnius 2l. 2. 1. 1. B. D. Hülsem. Calvinis: Irreconc. D. Dannhav. Hodom. Calv. Salve Reform. Theol. Confsc. T. 1. & plures alii, ex quibus, quicquid hic desiderari potest, ad satisfactionem deponi poterit.

S. 6. Cum igitur omnes hæc à vero alienæ sint, ubi tandem querenda vera Religio? quærenda, dico, non, quod Syncreticæ pacis molitoris facitant, facienda, illud enim ipse Christus serio inculeavit, Matth. 6. 33. Querite primum Regnum Dei, ut vanam veritatis præsumptionem tolleret & excluderet: potest enim fieri, ut conscientia coeca & erronea, per religionem in qua quis natus est & educatus, ducat in soveam. Nemo itaque nostrum, monet optimè August. Ep. fund. c. 4. dicat se jam inventisse veritatem: sic eam queramus, quasi jam ab utroq; neficiatur: ita enim diligenter & concorditer queri poterit, si nulla temeraria præsumptione inventa & cognita esse videatur, ab utrūq; parte omnis arrogancia deponatur. Detestamur, igitur ait idem contra Manich. c. 42. istam heresin, quæ suorum phantasmatum fidem sequitur. Audimus enim, ita egregie Erasm. Matth. 24. annotat, Monachos passim clamantes: Ecce, hic Christus est, nec hos tamen inter se conscient. Observantes dicunt,

apud

apud Coleras & Conventuales non est Christus, sed hic est. Rursum, Bene-dicti distinctiori, hic est Christus, non apud mendicantes. Tot undique, voces obstrepuunt claram luciam, hic est Christus. Sed quid ait ipse Christus, noli te credere, nusquam non est Christus, ubi sunt affectus Christo digni. Vale ille communis esse omnium, qui sol est mundi: non dignatur circumscribi loco, non inclusus in celis humanis aut culu ceremoniis. Sibi hoc dictum patet etiam illi, quis splendido sociorum Jesu titulo superbi, se solos esse, qui omnes Fictatis & Religionis latices exhaustissime, ceteros omnes, qui sua placita non venerantur, in seco pescari arbitrantur. Verum enim verò si veritas Religionis, à propria cuiuslibet præsumptione pendeat, quis Ethnicis religiosior? qui Dealtrossuos, usque ad propria sobolis immolationem venerati sunt? quis devotor Judæis? qui Gentilium Idolatrias imitati, ad Civitatum plagarumque Hierusalem Jer. 2. 13. c. 11, 13. manipulorum item in campis, Ose. 12. 11. numerum, Deos peregrinos, erectis ipsis altaribus, coluerunt? Neque est ullus sub sole, quantumvis, quid sit Religio forrassis nunquam inaudiverit, qui se profanum potius, quam religiosum, malum quam bonum profitei malit. Communis hoc est omnia gentium in & extra Ecclesiæ, primas veritatis libi attribuere.

S. 7. Nos igitur quæsumus veram Religionem non hic, aut illuc. Non enim, ait D. Lys. Harm. c. 26. habebit Di regnum cum suo capite in his terris certam & fixam sedem, ut sive Hierosolymis, sive Samaria, sive Roma aut in alia aliqua celebriore urbe, quæsi alligatum sit, ut ibi Christus quartus debeat, quæsi ibi magis proprius sit & facilius exaudiatur, quam alibi; sed à Proprietate hoc regnum ita descripsum est, quod occupaturum sit universum terrarum orbem. Ubicung, ergo, verbis auct. D. Hunn. in. March. 13. Deus se suamq; bonitatem gaudiandom exhibet, ibi regnum celorum est, ibi dominus DEI est, ibi porta coeli est, &c consequenter ibi vera quoque religio est, sine quâ neque ad regnum coelorum, neque ad Dominum Dei, neque ad portam coeli patet accessus. Peregrinantes nunc, ita pulcherrime, velut indice digito, veræ Religionis domicilium monstrat B. noster D. Dannhau. Th. Confsc. T. 1. p. 491. Et perigrantes universum orbem, Regnum Christi, quod est Regnum Gratiae (veræ Religionis) investigemus, nullum occurrit in quod prememorata nota, Lux videlicet verbi, Lex fidei & Pax conscientiæ, ex aſſe quadrant, nisi solum illud, quod WITTEBERGÆ (ubi Cathedra Lutheri) & que huic consanguinitate fidei conjuncta, sub Augsburgana Confessionis Symbolo colligetur.

(Talem & nobram yonēws fuisse in Montanis, ut alibi Hungarorum, fuculentus testis est, communis Montanarum Anno 1559. Schemnitii 6. Decembri. habita, & specialis Neoshoensis An. 1578. sub V. Nonas Maj. subscripta Confessio) Hec luce gaudet verbi divini, magistra fidei, Legem Christi irretorio oculo sequitur, colit, veneratur, nullam fidem, nullum cultum Numinis agnoscit autem admittit, nisi quam a Christo prescripsisse esse, & S. L. constat. Pacem Christi (quæ non est Syncretica & ex mixtura religionum nata) spinat, & solacijsuam & sanctificam. Nulla hæc doctrina resonat, quæ non scireat solarij verè solidis, ac inter hac precipue Asphalia salutis è remissione peccatorum, in Symbole Apostolorum non frigida & damnoniaca credenda, (novit enim Dæmon in Ecclesia esse remissionem peccatorum, sed eam sibi negat) sed firma fiducia approbenda, apprehendenda, applicanda, biunc quæ habebet, habet prius recognitorum, salutem & vitam. Negat tamen ordo divinus excluditur, paucitatem serua ac sincera ante, prudentia timoris filialis post, in cuendo hoc thesauro. Haec tenus Autor nunquam satis laudatus. Ex quibus sat, credo, apparet, & veritatem Religionis unica S. L. Norma metiendam, & nullam esse, quæ huic normæ exactè congruat, atque sic bono salvoque jure divino vera dici possit & debeat, præter eam, quæ differentia causa, Augustana, vel, quia sub hujus Augusti nomine plurimi cives protestantur, tuto se praestare volunt, specialius Lutherana vocatur, idque jam nobis demonstrandum.

S. 8. Priusquam vero ad probationem descendamus, paucis obseruantur, primum, non esse insolentiam, aut quādam Animū, alios præse contemnit, elationem, unū (quādāq; vidēt) una tantum est Religio vera: cum omne verum unum, sicut vicissim omne unum verum; nec plus uno verum esse potest) sua religione, quæ cum verbo Dei scripto ex amissum convehit, veritatis atque efficacia, homines ad salutem perduendi, laudem assignare, ceteris omnibus, in quantum ab hac regula deflecent, demere veritatis elogium. *Πλάνης θρόνα* hac est potius & necessaria confessio, unicā ad Deum perveniendi, eternamque salutem consequendi viā ac ratione nixa. Idem namque Religionum illis mangoni- bus, quod Elias olim Baalitis, quis ingeminet: *Uisque quo claudicat in duas cogitationes?* Si Dominus est Deus, sequimini eum: Si autem Baal, illum sequimini. 1. Reg. 18, 21. à qua fide & cultus inconstititia serio caret. Apostolus, ne amplissimus pauci fluctuant & circumlari quovis vento doctrina (sua vera, seu falsa, nefastates inter nos iudicare, abrepti ab hac-

*terris sicut in falsa dogmata) in alia hominum, in astutia, ad circumven-  
tiones erroris, Eph. 4, 14. Non licet in Religione  $\delta\mu\alpha\mu\Phi\omega\tau\epsilon\gamma$ ,  
nunc Dominum, si Elias praedicit, mox Baal, si mendax Prophetarum  
cuneus sacrificet, Deum esse credere: temel hic statuendum, quid cre-  
dendum, quomodo viyendum, alioquin semper fluctuandum. Vel  
plane frigidus sis oportet, vel plene fervidus, secus extremo cum dispen-  
dio salutis, ex ore Christi evomendus Apoc. 3, 15. Deinde Veritas huc in-  
qviritur, qvaz est convenientia cum revelatione divina, sive, cum verbo  
Dei S. Literis Canonicis comprehenso.*

S. 9. Atque hanc Veritatem soli Lutheranz. competere , ita jam demonstramus: *Quae Religio est?* (a) *Verbo DEI scripto per omnia conformatum.* (b) *In illustrianda DEI Gloria efficax.* (c) *In urgendo serio Pietatis & bonorum Operum, quod videm ex vera fide promanat, studio seculi.* (d) *In conscientia tranquilla & evaginata procuranda incomparabilis: illa sola ex omnibus & praesertim vera est & salvifica. Sed Religio Lutherana per omnia ita habet. Ergo Major ex ipsis terminis certissima est. Ubi enim genuina causa, indubia & infallibilis norma, summus item, inter medius & ultimus finis Religionis, in unum concurrunt, ibi veritatem Religionis adesse, nemo sanus iverit inficias, quandoquevidem Deus per verbum suum, Canone Prophetic & Apostolico comprehensum, ad suam gloriam & cultum ducit, pietatem prascribit, & aeternam salutem non tantum promittit, sed etiam credentibus gratiosè clangit. Minor, quia in persona Christi continet, per singula membra probanda venit.*

S. 10. Qvoad (e) Qvod Lutherana in August. Confessione comprehensa doctrina per omnia Verbo Dei scripto conformis sit, pater, non solum ex operis solennig, Confessorum protestantium asseveratione, qui ita in Epilogi Confess. Ea recitata sunt, qua videbantur necessariò dicenda, ut intelligi posse, in Doctrina ac Ceremoniis apud nos NIHIL esse receptionum CONTRA SCRIPTURAM aut Ecclesiam Catholicam, quia manifestissimum est, nos diligenter eis cavaris, ne qua nova & impia dogmata, in Ecclesiis nostris serperent. Confer Praefat. ad Carol. V. Imper. S. offerimus & Praefat. Maj. S. Eam sane ob causam. Item: S. Nobis professo: &c mox S. Quare nostri erat officii. Praefat. Solid. declar. S. Hanc piam aeg. è FUNDAMENTIS VERBI DEI SOLIDISSIMIS extructam Aug. Confess. nos toto pectore amplectimur, &c. Verum etiam ex ipsorum Adversariorum confessione & approbatione. Praeterquam enim

quod ipsa Cæsarea Maj. & plerique Cardinales palam confessi sunt, negotium & Doctrinam Evangelicorum in Articulis fidei rectam, non errorneam esse: etiam qui à Confessionibus erat Exclusi, plarum, hominem-  
orum DEO per fidem omnino justificari, defendebat.

S. 11. Ipse Ecclesiæ ac strenuus Confessionis hostis, enim à Wilhelmo Bavaria Duce, à seditione Confessionis domum redeente, in diversio-  
ne hunc in modum compellaretur: Longè alia & magis borrenda, de  
Doctrina Lutheri mibi relata sunt ballonus, quam ipse hodie audiri. Et  
tu quidem præclaras mibi spem fecisti, posse illam Doctrinam facile re-  
futari; Testimoniorum veritatem perhibens respondit: Parvum quidem di-  
dia Prochristianum Doctrinam refutari posse, minime ex S. Scripturis. Ad  
qua sapienter Wilhelmus: Ergo, quantum audio, Lubettoni sedem &  
fundamentum sua Doctrina in Scripturis habent, nos vero Pontificii ex-  
tra eas. Integer etiam Doctorum Pontificiorum, publicâ autoritate,  
ad refutandum Aug. Confess. in ipsa Comitiis Augustanis, coactus ma-  
nipulus, ita, Luce veritatis convictus, responsionem suam attemp-  
tavit, ut Articulos exhibita Confess. alios quidem penitus approbaret, a-  
lios v. certâ explicatione adhibita omnino recipiendo decerneret. Un-  
de non innomerito admirabunda Necessaria Defensio Aug. Conf. p. 270.  
Das ist leicht grosses Wunder / das unter ein und zwanzig Artikeln der  
Augspurgischen Confession, achtzehn Artikel in alio beständen gewesen /  
dass nicht ein einziger / ja nicht einer von dem Gegenheil simpliciter oder  
allerdings hätte können satz unrechte oder irreg. oder unchristlich geschlos-  
sen werden / sondern haben müssen theils vollständig / theils auf gewisse  
Weis und Maß gelobet und gut gehießen werden. Confer hic Dissert.  
de Admirandis A. C. Dn. D. Dorsch pag. 19. S. Nonn. &c.

S. 12. Cum primis vero, quod hic palmarium est, ex evidentiis  
Aug. Confess. cum S. L. collatione, quam nos quidem in presenti, per or-  
ationes nostra fidei Christianæ Articulos, ad scripta Prophetica & Aposto-  
lica, inserviare parati omnino essemus, nisi prolixitas nobis officaret, &  
sufficientissimè atque solidissimè hoc munere Nostrates jam pridem de-  
functi fuissent. Videatur saltem lucidum Exegem. A. C. Magni, Dn.  
D. Calov. apparebit quo modo singuli Art. ex S. L. deduci & confirmati.  
Breviorem hujus rei disputationem instituit Veneranda Facult. Theol. Wit-  
teb. in fideli Admonit. ad Fratr. Bohemos, c. 4. & nonnulli distinctius  
per singulas Articulorum theses speciales D. D. Kromayer Scrutin. Reli-  
g. Disp. XIII. P. 2. th. 40. seqq. ubi hæc clarissimè demonstrata videri  
possunt.

possunt. Quia vero septendecim Articulos Aug. Conf. partim penitus  
approbaverunt, partim certo modo admirerunt Pontifici, illi hac vice  
non immorabuntur, sed illös saltem producemus, quos simpliciter da-  
m narunt, quos si Scripturæ sacre conformes ostenderimus, de ceteris  
facilius fieri poterit judicium.

S. 13. In Sexto itaque adducit A. C. Böhorum operum (1.) Cau-  
sam efficientem, quæ fides est, Rom. 14, 23. (2.) Necesitatem Luc. 17, 6.  
(3.) Descriptionem, quod fiat à Deo mandata, Deut. 12, 8, 23. Eph. 2, 10.  
Matth. 5, 16. (4.) Causam finalē, propter voluntatem Dei, i. Thess.  
4, 5. i. Pet. 2, 23. non ut iis confidamus, Luc. 17, 10. Eph. 2, 8. Phil. 3, 9.  
In Septimo, de Ecclesia, primum adjuncta seu attributa illius, Unitatem, Sanctitatem, Durationem, probat ex Eph. 4, 4. 5. Joh. 17, 17. i. Cor.  
6, 1. Eph. 5, 25. Matth. 16, 18. Deinde Definitionem à forma & notis pro-  
ponit, Matth. 18, 20. c. 18, 19. Joh. 10, 16. Rom. 4, 11. In Vigesimo, Ca-  
lumna, de studio bonorum operum in Ecclesiis multis placit abjecto,  
obviā it, eoque (1.) Integrā Doctrinam de vera & viva fidei in Christum,  
quæ sola iustitia casur ex Gal. 2, 16. Eph. 2, 8. Phil. 3, 9. Rom. 5, 28.  
c. 5, i. seq. reperiit. (2.) Certissimos illius fractus esse bona Op. ideoque  
omnino faciendū ostendit, Matth. 5, 16. i. Cor. 9, 8. i. Thess. 4, 7. Eph. 2, 10.  
In Vigesimo primo, Memoriam Sanctorum recte in Ecclesia proponi de-  
bet, Prov. 10, 7. Memoria iusti in laudibus. Idque confirmat (1.) Ostend-  
so vero fine, ut inserviat imitationi nostræ in vera fide & bonis Op. in  
sua cuique vocazione, Ebr. 13, 7. Jac. 5, 10. (2.) Rejectione falso fine, np.  
invocationes, additâque causa gravissima, Deut. 6, 13. c. 10, 26. Matth.  
4, 10. i. Joh. 3, 1. Elia 6, 16. Qvae luculentter ostendunt, Doctrinam  
Lutheranæ Religionis Aug. Confess. comprehendam, sacris Literis per  
mania conformat.

S. 14. Quidam (2) Finis Religionis Christianæ est Gloriam Dei:  
hæc enim non tantum Scopus & meta est omnium actionum Christianarum i. Cor. 10, 31. Sed fidei quoque & Religionis apex, ad quam ceu ly-  
diū Lapidem examinare licet & convenit, quarumvis religionum  
dogmata: ita, ut quæ ad Gloriam Dei Patris & Filii ejus Iesu Christi,  
qui ipsi est θεος & σωτηρ, Sanctaque Sp. corruptelis suis labefactat,  
pro vera & sincera atque incorrupta habenda non sit. Vera enī  
ad gloriam Dei, tanquam ad ultimum finem, oculum resert. Unde cum  
inter Christum & Judæos atris, de veritate Religionis, exorta fuisset con-  
certatio, ultra pars eam sibi iure vendicaret, Christus inter cetera, ad hanc

Sua Doctrinæ proprietatem provocabat, quod ad gloriam Patris, quam commenta judaica labefactarent, sit directa Joh. 3, 49. Ego honoro Patrem meum. Talis ergo efficacia promovendi gloriam Dei, quia nulli (omnes enim quæ sua sunt quæ sunt, non quæ sunt Iesu Christi, Phil. 2, 21.) Religioni, præter Lutheranam, invariata Aug. Confess. constanter adherentes, competit, manifestum oppidum evidensque est, nullam præter hanc veram esse aut dici posse. Et nisi Dissertatio præter intentum excrevisset, integrum foret ad oculum ostendere, non tantum ex collatione cum aliis, de quibus h. l. potissimum controvertitur, quam belile Gloriam Dei illz intendant; verum etiam omnium fidei nostræ Articulorum inductione, Lutheranam Religionem ubique prius & summo loco gloriam Dei collocare, quod qui scire desiderat, vel brevem Theol. Polit. D. Rödig inspiciat, & videbit in singulis capitibus, primò inter finem loco collatione Nei gloriam, nec aliter faciunt alii orthodexi. Ut non abs record. l. Imper. hoc considerant dicere fuerit solitus, duo sibi in Lutheranus placere, primò, quod in omnibus suis actionibus dene gloriam Deo; Secundò, quod in Ecclesiis suis honorifice de Magistratu sentiant & predicent. Et Stauptius, ad Lutherum, hoc, sic, mibi valde placet, quod haec Doctrina, quam predictæ gloriam & omnia SOLI DEO tribuit, hominibus accen nibil. Jam autem Deo non potest dignior gloria aut bonitatis tribui. Luther, in c. i. Galat. Confer Cathol. Confess. D. Gerhard. p. m. 67. seq.

§. 15. Quoad (y) Diu est, quod Ecclesiæ nostre nefandi scelerosis, q[uod] Lutherns damnari, & qui eum sequuntur orthodxi simpliciter repudient omnia bona opera, à Jesu & Bellarm. Censoribus Cölon. Stapletono, Valenziano, Recano, Gretsero aliasq[ue] postulanatur. Liberat tamen eas hoc crimine, tam Dolly, n.s., quam Præc[on]i nostrum Ecclesiarum. Docent illz primò, quod fides, quæ justificatur, non debet esse mortua, sed per charitatem operosa, ut per opera pietas & exercitia charitatis vivata se esse demonstraret. Ita eam ap[osto]la August. Confess. Art. 6. Docent, quod fides illa debet bonos fructus parere, & quod operat bona opera, & DEO mandata facere. Deinde, quod tam non possit separari a bonis operibus, quam Lux à Sole, vel ab igne calor. Deniq[ue], quod Renatis & justificatis nulla detur à Deo peccandi libertas, sed quod haec sit seria & immota Dei voluntas, ut in justitia & Sanctitate serviamus illi omnibus dictis virtutis nostræ, Luc. 1, 74. Ita enim vicillum Aug. Conf. Art. 20. Docent nostri, quod necesse sit bona op[er]a facere,

facere, non us confidamus per ea gneiam mereri, sed propter voluntatem DEI. Et Apolog. p. 95. Facienda sunt bona opera propter mandatum DEI, item ad exercendam fidem, item propter Confessionem & gratiarum actionem. Et p. 100. Sentimus ac docemus, bona opera necessaria facienda esse: debet enim sequi fidem inchoato Legi impletio. Confer pag. 85. 220. 336. 500. 700. seqq. Ita quoque nostra Montanarum Confessio Art. VII. Estemur, inquit, & urgemus, fidelibus op[er]a esse bona Conscientia & ab ipsa opera distinctus mandata necessario requiri, sumus enim debitores tunc carni, ut secundum carnem vivamus, sed liberati à regno Diaboli, & translationis regnum Dei, ut Deo serviamus.

§. 16. Praxi evidenter declarant Concessiones, in quibus preponitur & urgetur Lex divina, reperuntur promissiones & committitantes, exempla ponarum & preciorum in Scripturis proposita, quibus ministri Ecclesiæ homines excitant,hortantur, invitant, adeoque impellunt ad bona opera, ac inculcant cause longe gravissime, propter quas studium bonorum operum sit necessarium. Disciplina Ecclesiastica, ad quam pertinet Excommunicationis tum Minor, per quam à communione Eucharistie arcentur, quibus peccatis secure p[ro]gunt, tum Major, per quam ex communione Ecclesiæ notori & impunitentes peccatores ejiciuntur. Supplicia, quæ Magistratus politicus facinorosis interrogat. Unde manifestum utique est, Lutheranos studium Pietatis, & bonorum operæ exercitium sedulo urgere. Falso itaque accusantur nostri, quod bona opera prohibeant. Nam non tantum eorum, sed & Pontificiorum ipsorum suffragia luculentiter testantur, quam utiliter doctuerint hodieq[ue] doceant nostates, de omnibus vita generibus & officiis, quæ genera vita, quæ opera in qualibet vocatione Deo placeant. Pontificios hujus rei testes produxit, Cathol. Confess. D. D. Gerhard. l. 2. P. 3. art. 23. c. 4.

§. 17. Quoad (d) ab efficacia Christianæ Religionis, ad ejus Veritatem sic arguit Greg. de Valent. Anal. l. 1. c. 15. & T. 1. Disp. 1. q. 1. punc. 4. Par est credere, divinam at verissimam esse eam Doctrinam; quæ divinitus profectis animos hominum efficit. & ad virtutem impellit. Hoc autem facit Christiana Doctrina. Credi ergo debet eam esse verissimam & divinam. Evidentia scripta est verbis simplicibus, & careat fere artificio orationis & ornamenti; nihilominus ita lectoris mentem commovet; ut alia nulla doctrina. Quod argumento est; illius autoritatem & unitatem esse divinitatis non binominum; haec enim fine verborum artis & omnis

*tionis quae tenacissimis ad efficiendum animorum motum non valeret. Ita Valentinianus, cuius thesin ad hypothesin transferentes subluminatus, Religionem Lutheranam, eq; singula prædicata nullo negotio accommodamus. Et quidem ut à minoribus incipiamus, verbis illa in Aug. Confess, & reliqvis Lib, Symbolicis conscripta est simplicibus, qvæ omni ferè artificio orationis carent & ornamentis. Quantam autem mutationem animorum lectio Aug. Conf. concitaverit, ipse B. Luth. depra dicat T. 5, Jen. p. 280. b. *Cum Confesso nostra fidei, Impens. Carolo presente recitaretur, pars adversa satis intellexisse, tunc alia, de doctrina nostra à Concionatoribus suis, immo calumniatoribus illis ac susurrexionibus, invidiè laborantibus, fuisse Principibus relatam.* Multi ex his aperte confessi sunt, ipsissimum verbum DEI & veritatem esse Doctrinam nostram, nec S. L. fundamentis refelli posse, de qua tamen ante longè aliud intellexerant. Et bac, mihi credite, causa erat, cur tam difficulter recitatio ejus nobis concederetur. Verebantur enim nostri calumniatores & obirentatores, ne turpiter falsi & mendaci arguerentur, & nibil agebant aliud, quam ne Casar ante cognitionem cause, precipiti sententia nos condemnaret, &c. Latius ea de re differit Petrus Svaris in Hist. Conc. Trid. I. 1. p. 59. Cujus verba vide in Dissert. Dn. D. Dorischei de Adversand. A. G. p. 17, ubi & Ecclesiastici atque Mylli verba hanc in rom. repenes.*

S. 18. Deinde, qvod Aug. Conf. doctrina, consolando & ad virtutem impellendo, animos hominum afficiat, patet: Qvæcunque enim Doctrina in qvibusvis adversitatibus erigere potest afflictos animos, & in temptatione ob peccata, iram Dei metumque damnationis, vivo perfundit solatio, ut conscientia sit tranquilla, & sperare ac confidere in Deum incipiat, illa Scriptura, cùu unico consolationum fonti, Psal. 95, 92. Rom. 15, 4. congrua, à Deo, omnis veris solatii autore, trahit originem. Jam verò tutò vereq; de nostra Religione subsumere & affirmare possumus, qvod nulla sit calamitas, sive publica, sive privata, interna, vel externa, cui illa ex suo, cui unicè adhæret, principio, non medeatur efficiaciter, ut tranquillo perferri possit animo, confidenterq; cum laetitia Iraelis Ecclesia dicere possit: *Dominus est iudex noster, Dominus est Legifer noster, Dominus est Rex noster, ipse salvabit nos*, Esa. 33, 32. &c. cùm prela N. T. *Qvia nos separabit à Charitate Christi? tribulatio? en angustia? an famæ? an periculum? an persecutio? an gladius?* Nam in omnibus his *carcerumque propter eum, qui dilenit eos*. Rom. 8, 35-37. Nulla gravior tortura, aut major anima tristitia dari potest, qvam

qvam si de salute sua homo anxie dubitans hæc sit, nec potest fiducialiter dicere cum Paulo: *Christus dilexit me, & tradidit semetipsum pro me*, Gal. 2, 20. *Fidelis sermo & omni acceptione dignus, qvod Jesus Christus venit in hunc mundum peccatores salvos facere, qvorum primus ego sum, sed ideo misericordiam consecutus sum, ut in me primo Christus Jesus ostenderet omnem patientiam, ad confirmationem eorum, qui credituri sunt in vitam eternam*. I. Tim. 1, 15. Hæc & alia remedia ex verbo Dei suppeditat nostra Religio, docetque talia ad qvemvis in individuo applicare. Qvibus probè ponderatis, protinus evanescit tristitia, oritur fiducia, svavissimaq; sequitur conscientia tranquillitas.

S. 19. Proponit portò ex Scripturis plenissimos solatiòram Articulos, de Universali DEI Gratia, qvod omnes homines scitò salvos velit, I. Tim. 2, 4. 2. Pet. 3, 9. De Universali merito Christi, qvod pro singulis singulorum hominum peccatis plenissimè satisficerit, Esa. 53, 6. 1. Joh. 1, 7. unus pro omnibus mortuus est, 2. Cor. 5, 14. I. Tim. 1, 15. 1. Joh. 2, 2. De Universali Vocatione, qvod Gratia in verbo & Sacramentis offeratur omnibus, Esa. 45, 20. c. 55, 1. Matth. 11, 28. Act. 17, 30. Nihilq; ad salutem desit, nisi Christiani sibi ipsis deesse velint, universalibus promissionibus credere, illasq; sibi applicare renuant. Præterea ostendit verum coram Deo justificandi modum, qvod videlicet veniam peccatorum & salutem adipiscamur, non ex propriis operibus aut meritis, sed omnino sine illis, unicè propter sufficientissimam Christi obedientiam, fide apprehensam, nobisque imputatam. Qvæ diligenter ponderata, Scriptura dictis, & piorum exemplis confirmata, tentatum animum mirè afficiunt, è desperationis barathro extricatum, verâ fiduciâ, & consequenter vero solatio, imbuunt & perfundunt, ut vicissim ex plerophoria dicere ausit: *Certus sum, qvod neg. mors, neg. vita, neg. Angeli, neg. Principatus, neg. instantia, neg. futura, neg. fortitudo, neg. altitudo, neg. profundum, neg. creatura alia, poterit me separare à Charitate DEI, qve est in Christo Jesu Domino nostro*, Rom. 8, 38.

S. 20. Tota adç salutis catena, qvam Religio nostra proponit, in Asphaliam salutis terminata, hoc Syllogismo practico connexa est, & apparet clarissime: *Omnis homo Viator, in nomine DEI Patris, Filij Jesu Christi, & Sp. S. credens & baptizatus, certò per & propter illud nomen, solum fide apprehensum salvabitur.* Hæc est vox genitrix divina, ante secula decreta, Rom. 8, 29. Marc. 16, 16. sub qua qvilibet Lutheranus, ex sua Doctrina tutò subsumit: *Ego sum homo viator in Nomen DEI Patris,*

tris, Filii Iesu Christi, & Sp. S. credens & baptizatus. Ergo eadem verbi divini jurati, obsignati, fide ac veracitate fretus, sum propter illud Nomen Iesu, sola fide apprehensum, salvatus, decreto ante, spe in seculo, re a fructu in ævo post seculum. Vide hæc, ut pulcherrimè, ita uberrimè exposta Theol. Conf. D. Dannhau. T. I. pag. 492. seq.

§. 21. Qvornodo tam verè tamqve securè & indubie, sub illa ~~ægjœt~~ subsumere, sibi qve in individuo, sine ulla formidine oppositi, applicare possit, qui vel absoluti Decreti Idolum colit: vel Deum impaucos, solos Electos, benevolum: vel Redemptorem ex eo, qvod non pro mundo (ad eoqve nec pro electis, qui voce mundi, Johan. 3, 18. significantur) oret, sed pro his, qvos Pater ei dedit Joh. 17, 9. particularem fingit, abunde indicavit, Salve Reform. B. D. Dannh. p. 451. seq. De Principe Georgio Johanne Palatino, Duce Bayariae, commemorat Vögelius in concione funebri, eum in lethali morbo constitutum dixisse: Si effem Calvinianus, oporteret me jam desperare. Cavete, charissimi Filij, à Doctrina Calvinianorum, nullam in ea est solatum, sed perpetua dubitatio. Pontificiorum ex suis de meritis donorum operum, propriis satisfactionibus, pœfesta Legis impletione, perpetua de Gratia Dei dubitatione, aliosqve periculis & in Deum Christique meritum contumeliosis dogmatibus, sub ~~ægjœt~~ jam data, Assumptio, meris Laborat incertus. Nullus scire valet, certitudine fidei, cui non potest subesse fatum, se Gratiam DEI esse consecutum. Catech. Canil. Communius enim est, Bellarm. testel. 3. de Justif. c. 3. Sententia ferè omnibus Theologis, qui docent non posse hominem in hac vita habere certitudinem fidei de sua justitia. O miteram fidem! ad quam tamen etiam externa vi cogunt, quam etiam meliora edocent, violenter, non tam obrudunt, quam verbieribus intrudere laborant, cum ipsimet fidem & evictionem propriæ salutis præstare neutriqam possint, sed ne audent quidem, nisi fulmen anathematis Concil. Trid. Sess. 6. c. 13, 15. experiri velint. Si hoc non est fontes solitorum obstruere, qvid aliud esse possit nefcio. O Tyrannum! quæ moti nonnulli Pontificiorum, propriis verbis & exemplis compobaverunt, Doctrinam Lutheranam, in agone mortis, solida præbere solatia, qvos qui cupit, consulat Conf. Cath. B. D. Gerhard. p. m. 63. & 1560. Noti sunt versiculi:

Nos omnes nunc Pontifices sumus, attamen olim  
Quisqve Lutheranus cum morietur erit.

Scilicet, si Deus pretiosas verbi & Gratia suæ margaritas, porcis, illas totæ

totâ suâ vitâ concubantibus, in mortis demum agone vicissim objiciat.

§. 22. Porrò à modo propagata Religionis Christianæ, ad ejus Veritatem sic colligit, de Valent. I. c. cap. 6. Quæ Doctrina divinitus est hominibus probata, ea sine dubitatione est vera. Atqui Doctrinam Christianam esse probatum divinitus, modus certè quo in orbem est introducta declarat. Nam à paucis hominibus, nulla neg, humana eruditione eloquentiæ instrutis, neg, potentis & vi armatis, neg, nobilitate claris, neg, opulentia prestantibus, & præterea ejusmodi res docentibus, qvæ magna ex parte hominum voluntatibus atq; ipsi carni repugnant: plurimi sapientissimi, eloquentissimi, potentissimi, nobilitissimi, opulentissimi, una vi veritatis, Domino cooperante & sermonem eorum admirabiliter confirmante, Marc. 16. vñti ac superati sunt, eq; demum adducti, ut deserti patriæ religionibus, qvæ vel ipsâ diuturnitate confirmata erant, Christianam disciplinam amplesterentur. Hæc profectò Lutherana exactissimè convenire omnia, omni exceptione major testis est experientia. Quid enim Lutherus? Unus, miser, voto paupertatis constrictus Monachus, in Monasterio educatus, nullâ carnali sapientiâ, qvæ non nisi per longam in seculo commemorationem contrahitur, instructus, nullâ vi aut potentia externâ armatus.

Lutherus decimum confecit strage Leonem

Declava noli querere, penna fuit. Utita  
Sceptrum, Bulla, Schola, Regis, Papæ, Monachorum,  
Uni Lutheru nil sociata nocent.

§. 23. Deinde, Lutherus nullâ nobilitate clarus, nullâ potentia aut opulentia instructus, talia docere coepit, qvæ magna ex parte hominum voluntatibus, ipsique carni repugnant: Siquidem Papam, multis ab annis universa Ecclesia τῷ κλήρῳ τὸ 25158, contra primi sui antecessoris voluntatem & mandatum, i. Pet. 5, 3. κατανυγένοντα, cum omnibus honoribus, divitiis & deliciis deserendum docuit, plurimosq; sapientissimos, eloquentissimos, potentissimos, opulentissimos, nobilissimos, Episcopos, Reges, Duces, Principes, unâ vi veritatis, Domino cooperante & sermonem ejus admirabiliter confirmante, ita convicit, superavit, eoque adduxit, ut deserti patriæ Religione pontificiâ, qvæ vel ipsâ diuturnitate, jam olim præsumptâ, hodie dum superbit, desertis dignitatibus opibusqve in papatu amplissimis, iram Papæ nihil morati, Lutheranam Religionem amplesterentur avidissimè. Qvod e-

nim assensum hic , & post in pacem religiosam , ( qvam per convitium loricatam appellant,) consensem, vi atque armis Protestantium à Pontificiis fuisse extortum, comminicuntur Papistæ, calumnia est crassissimi mendaci diu convicta , à Necessaria Defens. Aug. Conf. p. m. 325. Confer si placet D. Svevi Dispp. De Pace Religiosa.

§. 24. Edicant v. hodierni Papistæ οὐ μακροχωρίζεις B. Lutheri, an talia ab homine sibi relichto , cariali, & ( ut nihil desit calumniarum ad prostituendam religionis vanitatem ) Diaboli doctrina imbuio, naturaliter fieri posse censeant ? Saniores profectò , nec vel pietate , vel doctrina , ( doctrina dico, ne qvis fraudem & vim, qvibus nemini cedunt oggerat ) hodiernis Jesuitis ( tunc enim nulli adhuc erant , tam antiqui sunt ! ) vel tantillum cedentes B. Lutheri οὐ γένεται , tanta cum præstatre posse penitus dubitarunt. D. Cranz celeberrimus historicus Hamburg. lectis Lutheri de Indulgentiis propositionibus , dixisse fertur : Frater , vade in cellam & dic : Misereere mei Deus. Quid ? qvod ipse Lutherus scriperit : Es ist nicht möglich / daß ein Mensch sol allein solch ein Wesen ansehen und führen / es sol auch wol ohne meinen Rath hinaus gehen / und die Pforten der Höllen sollens nicht hindern. Sanè porta inferorum, et si conarentur omnimodè , non potuerunt impedire , quin non saltem asylum sub Imperio Romano invenerit , verum etiam brevi tempore , extra Imperii fines progressa , universum orbem penetrarit. Doctrina Aug. Confess. ut mentiò dixeris cum August. qvi qvæ talia non vides , cœcus es : qvi qvæ vides nec laudat , ingratis ; qvi qvæ laudant relubatur , insanus.

§. 25. Eructavit eqvidem hic aliquot mendaciorum convitia Bellar. qvi Mende. i. verba pientissimorum Confessorum in Praefit. Form. Conc. posita : Augustana Conf. per tocum orbem i. e. in qvadam angulo septentrionis , ubiq[ue] pars a percerebuit i. e. aliquot oppidis Germaniar. audiit cœpit , sarcasme suo suorumq[ue] more , cum nihil solidi , qvod reponebat , haberet , excipit & exponit. Verum enim vero , præterqvam qvod lucem experientia impudenter perminxit , illud etiam , qvod ante turpiter eructaverat , sui plerumq[ue] obliuiosus , sicut vicissim refutavit Cardinalis , cum Praefat. T. 4. ita scribit : Volantes currus mirum indicant velocitatem . qvæ nova i[st]a seletta , in his peccata tabu , sepe per variis regiones diffudit. Nam non contenta Aquilonariis Regnis , ad Orientem qvæ & Meridiem , ad Græcos , ad Indos , ad ipsum novum orbem . navigare ausa est : qvæq[ue] à Græcis cum ignominia repulsa fuit , &

apud

apud Indos non permisit Dominus , ut vestigium figere posset. Quid hic commercii Bellarmino cum Veritate , quando dicit , doctrinam Evangelicorum , à Græcis cum ignominia repulsa fuisse , videri clarissime potest , si cum hoc vano Bellarmini somnio conferatur Panegyric. Dissertatio de Græcorum fide & Religione moderna , à Magnis. Dn. D. Calov. in Promot. Doct. Theologia publicè , exente Anno 1658. recitata , ubi pag. 12. seq. evidentissime ostendit Theologus incomparabilis , qvomo do Ecclesiæ Græcæ , Romani præfulis primatum , cum multis idolomanis papalibus repulerint , & Evangelica dogmata , ad fundamentum fidei maximè spectantia , consensu suo approbarint. Confer Confess. Cathol. D. Gerh. p. m. 1470. n. 4.

§. 26. Deinde proprium os ferit Cardinalis , quando Praefat. T. 4. scribit : Qvis ignorat ? pestem Lutheranam ( sic salutare antidotum , contra tot papales animarum pestes , pridem in domo Ecclesiæ Dei grassantes , teterrima pestis appellat ) in Saxonia paulò ante exortam , mox Germaniam penè totam occupasse , inde ad Aquilonari & Orientem profectionis Daniam , Norvegiam , Sveciam , Gothiam , Pannoniam , Hungariam , absursum , cum ad Occidentem & Meridiem pari celeritate delatam , & Galliam , Angliam , Scotiam , florentissima qvondam Regnū , brevi tempore populatam , ad extremum Alpes transcedisse , & in Italiam usq[ue] penetrasse. Nimirum , Oriens , Occidens , Meridi , Aquilo , Bellarmino præoccupatione laboranti , est Septentrionis q[ui] vidam angulus Dania , Norvegia , Svecia , Gothia , Pannonia , Hungaria , Gallia item , Anglia , Scotia , florentissima qvondam ( quasi verò qvæ papistinum vel repudiarunt penitus , vel certe ceu pestem abominantur , hodieq[ue] non sint ) Regna , ipsa deinceps Italia , Cardinali sunt aliquot Germania & Oppida. Memorem esse oportet , qvi arte mentiri vult.

§. 27. Ex his , ut & alius infallibilis argumentis manifestissimum est , Lutheranam Religionem ex omnibus & præ omnibus veram esse & Sanctam , qvæ p[ro]p[ter]e , qvæ à sanctissimo Deo profecta , ad sanctissimam ejus gloriam omnia , juxta Sacraissimum Dei verbum , dirigit , Sanctimoniam sedulò urget , & sanctos progenierat fructus , Justificationem & Salutem at. Si qvæ hic profinitas sit , qvo argumento nullum est apud Pontificios solennius , qvod omnes cathedrae papæ crepat : Lutherus fuit spurcidicus moribus turpis , ore infranis : apud Lutheranos sunt multa vita , & enormia Scandala , ex qvibus & alijs similibus papistis , ad falsitatem Religionis Lutheranae , validissimè arguunt. Non ea Religioni

figioni, sed personis religionem profidentibus adscribenda. Nam qvoad prius, fuerit sanè Lutheri his vitiis infamis, qvæ tn. Pontifici non dum probarunt, qvæ ea ad Religionem ipsamvè Doctrinam? Fuit & Bileam avarus, & tamen os Domini, fuit & Judas fuit atque proditor, & tamen legatus Christi thaumaturgus; fuit & Pontifex non unus Sodomia, Incestu, Hæresi, &c. infamis, & tn. Iudex controversiarum infallibilis. Qvoad posteriorius, Disting. inter Scandala arg. vitia, qvæ sunt ipsius Doctrina & Religionis per se consuetaria, & inter ea, qvæ Doctrinam & Religionem veram conseqvuntur, occasione (non datâ, sed) à præviis hominibus arrepta. Prioris generis Scandala, in Lutherana Religione inveniri, negamus & pernegamus. Manet ibi Fides qvæ creditur adamante revincta, semper & ubique quam certissima, juxta quam Pietatis & honorum operum necessitatem districte urget, & ad morum Sanctimoniam, qvotidie sedulò exhortatur, ita tamen, ne doctrina illa bonorum op. extra suos terminos divinitus constitutos protrahatur. Nec dubitandum, qvæ Deus semper sibi sanctum semen reservet, nec patiatur verbum suum, vacuum redire. Esa. 55, 11. Posterioris generis peccata, in Lutherana Religione inveniri, faciles largimur, ubi fides qvæ creditur, non raro luctatur, patitur qvæ deliquium, etiam in sanctissimis, Jacob Patriarcha coliunctante, Jobo affl. to. David tentato. Scandala ergo & scelerata talia non Religiois culpâ, sed virtio hominum sunt, qvos Religio condemnat & emendare studet. Indicia hæc sunt amissi Fidei, non Dogmatica & objective, qvam Religio credendam proponit; sed justifica & subjectiva, qvam homines religiosi, ex pura & intemerata Doctrina haurire, & juxta ius præscriptum, piè jutte & sobrie vivere deberent. Nec sequitur, eos veram Religionis Doctrinam non habere, aut perversam habere; sed hoc taltem seqvitur, eos verâ Religione ad effrænem licetiam & vitæ dissolutionem periculose abuti. 1. Pet. 2, 16.

§. 28. Quid? qvod nulla unquam fuerit religio, in qua non reperti male morati & notoriè impii, qui, ceu è roseto araneus venenum, ex Evangelio (non Lutheri, sed) Christi pessimos exugunt mores. Ut rectissimum B. Luther Dom. 1. Advent, scribat: Diese Predigt / (von der Zukunft Christi) sol man billich mit grossen Freuden hören und mit herzlicher Dankesagung annehmen / sich darauf bessern und fröhlicher werden; So fehret sichs / leider! umb / und wird die Welt aus dieser (niche Luthers / sondern) Christi Lehre nur ie länger / ie ärger / ruchloser und frevelnlicher / und ist doch nicht der Lehre / sondern der

Leute

Leute Schuld. Confer Sirach 33,29. Vera fuit Ecclesia Israelitarum, ergastulo Ägyptiaco erepta, at qvot flagitia ejusdem à Prophetis nota-ta? Vera, sine dubio, fuit Ecclesia XII. Apostolorum, sub Magistro Christo, at qvot quantaque ibi scandala? ille dextram, hic sinistram, matre mediatrixe ambit, in putativo Regno Christi terreno. Qvot ibi rixæ de primatu? qvot argumenta dissidentia, toties à Christo castigata? hic Christum prodit, iste negat, ille penitus deserit & fugit. Non igitur vita, sive Doctorum, sive Auditorum; sed doctrinæ fructus, ex ejus utero quam genitali, per se nati, religionis falsitatem argunt. Unde graviter August. ad obrectatores verae religionis l. 1. de morib. Eccl. c. 34. Nunc ait, vos illud mones, ut aliquando Ecclesia Catholica definatis maledicere, vituperando mores hominum, qvos & ipsa condemnat, & quotidie tanquam malos filios corrigeret studet.

§. 29. Accipiant vero papistæ, pro papismi falsitate, similem consequentiam: Qvæ Religio, non tantum per se gignit enormia scandala, sed etiam genita tolerat, permittit, laudat & defendit, illa oppidò falsa est, vereq; religionis nomen neutiquam meretur. Sed talis est Papea. Ergo. Major ipsorum est Papistarum, & alias verissima. Minor qvoad prius: Qvæ papismus ansam dat Idolatria, cum jubet invocare Sanctos, adorare imagines; contemptus verbi Dei, qvando Scripturam sacram, scabiosis titulis apud vulgus traducit, Lectionem ejus prohibet; perjurii, tyrannidæ, concubinatus, sacrilegii, Simonie, & similium nefandorum scelerum. Posterior, ipsa praxis summorum Pontificum, a-horumque Regularium planum facit. Inter qvos vitia & scandala grassantur, qvorum & Gentiles saniores pudet, nec audita fuerunt inter eos. Nam ut faceam, qvod Mantuanus cecinuit: Roma est jam tota lupanar. Ipsi Pontifices, alii incestuosi, Alexander VI. cuius Lucretia Filia, Sponta, Nurus: Sodomitæ, Sixtus IV. Leo X. Julius III. Monstra-, qualia post Formosum Sedi præfuisse fatetur Baronius. Liceat ergo nobis eadem, qvæ traducimus, Lege Consequentiæ inferre. Religionem papistam esse incestuosa, Sodomiticam, Monströsam. Qvod sanè agrè nobis concedent papistæ, tametsi talis illa revera sit, non tam qvædem propterea, qvod talia scelerata in ea reperiuntur, qvam qvod eadem ibi permittuntur, impuneque tolerantur & defenduntur. Ita enim de Religione Jesuitica Johan. de Palafax Mendoza Archi-  
Episcop.

Episcop. Angelopolit. Indorum: Quæ inquit, religio? quis ordo Ecclesiasticus? a verū Catholicæ fidei rudimentis tantum aberravit, ut Nationem numerosissimam (Chinensem) & satis callentem & politicam, ideoq; plus radix fidei illuminari & fundari expositam, non ad fidei regulas Magistri Neophytis, sed neophyti, ad idololatrie partes & nefarios ritus & cultus, magistros alliciant, attrahant & deducant, ita ut non à pescatore pisces, sed à pisce pescator capi videatur. Ergone Religio Jesuitica Idololatrifica, turbulenta, rixosa? sanè. Vide Biblioth. Papist. Magnif. Dn. D. Scherer, & Aletheam Vind. D. D. Dannh. p. 153. seq. & Vale Triumph. p. 132. &c. Porro, estne Monachatus, religio  $\pi\alpha\tau\beta\zeta\chi\eta\pi$  dictus, religio fornicaria & scortatoria, quia multi (quales & ipse, varii ordinis Monachalis, ob servatum castitatis votum, catenis Neapolitanis alligatos socios habui complures) ibi fornicatores, in omni religiosorum cœtu, reperiuntur? Nota sunt exempla ex historiis, quibus proinde adducendis hoc loco supersedemus, nobilemque hanc controversiam ita claudimus.

## Quæstio Secunda.

Utrum bona opera, e. g. visitare orphanos & viduas, in afflictione eorum, faciant puram & immaculatam Religionem?

S. I. Non sine causa queritur, quandoquidem Pontificii verba Apostoli, ad suum papismum ita detorquent, ut ex abundantia & superabundantia honorum operum monachalium, per quæ non tantum facientes salutem consequi se posse jactant, verum etiam vendentes eadem, ementibus vitam at, certò promittere audent; Religionis veritatem ad Monachatum, & conseqventer ad solum papismum præpostere restringant. Sic enim procedunt: ubi bona opera, ibi salus: sicut contra, mala opera damnant: ubi salus, ibi vera Religion. In papatu salus. Ergo. Unde Religionem Lutheranam, ex vitiorum & scandalorum multitudine, non tantum arguunt falsitatis, sed etiam accusant, quæsi in totum prohibeat bona Opera, ut non immerito pii contiores

Art.

Art. XX. Falso accusantur nostri, quod bona opera prohibeant. Observandum autem hic ante omnia, quatuor in primis requiri, ad verē bonorum Op. essentiam, Originem, Normam, Formam & geminum Finem, hæc ubi non adsunt, ibi nulla operum bonitas dari potest.

S. 2. Origo honorum Op. est Deus, summum illud Bonum, nullius indigum, vena omnis vite ac letitie, in quo omnes creatæ, quæcumque alibi vel cogitari possunt, perfectiones sunt, vel eminenter, ut in summa perfectione; vel idealiter, ut in causa exemplari; vel Objectivè, ut in oculo omnia videntes; vel deniq; virtualiter, ut in autore & fonte omnium bonorum, non tantum quæ percipimus: Omne enim datum optimum, & omne donum perfectum desuper est, descendens à Patre lumine nostro Jac. 1. 17. sed etiam quæ praestamus: Gratia DEI sum id, quod sum, quæ in me efficax fuit ad exercendum Apostolatum 1. Cor. 15, 10. Unde Aphorismus: Bona Op. veniunt à DEO in nos, non à nobis in DEum, ut illius quicquam mereamur. Subjectum quidem s. principium operans bonorum Op. est homo justificatus, neutiqvam tamen agit ex viribus naturalibus nativis; sed ex dativis supernaturalibus, in renovatione acceptis Rom. 7. 22. c. 8. 14. Deus est qui operatur in homine yelle & perficere pro bona voluntate sua Phil. 2. 13. cuius & factura sumus, creati in Christo Iesu ad bona op. quæ præparavit DEus, ut in illis ambulemus Eph. 2. 10. conf. c. 3. 16. Coloss. 1. 9. 10.

S. 3. Norma, ut rotus cultus divini, ita quoq; bonorum Op. sola & unic. est Scriptura S, in qua DEus se suauè voluntatem, quid & quomodo ab hominibus fieri vult, sufficenterclare & perspicue revelavit & prescripsit, quod supra demonstratum. Cum enim voluntas DEI, ita nostra B. D. Dannh. Theol. Consc. T. 2. p. 374. Sapientissima, sola sit cultus regula, peccatum est omnis ēθελοθ̄gnosia arbitrio humano, instituta Num. 15. 39. Deut. 12. 18. Non igitur sunt bona op. quæ quis propria intentione facit, sed quæ Deus precipit, ait recte Form. Conc. p. 700. Quia Lex est Spiritualis reqvirens conformitatem cordis & interiorum motuum cum lege Divina, adeo ut aliquid sit verē bonum op. Deo placens, non sufficiat externa actionum hypocrisis, sed requiritur interior obedientia, quæ condelectatur, Legi DEI Rom. 7. 22. & cujus summa sit Charitas I. Tim. 1. 5. Prudenter igitur colendus DEus, alias frustra colueris Matth. 15. 9. hilarer, talis enim cultus Deo gratior, sicut primum mustum est præstantius, cō, quod torculari extortum est.

L

S. 4.

**S. 4.** *Forma bonorum op. interna est cōvocatio, congruentia cū Legē Dei, non tantum inscripta, sed etiā prescripta in SSā: externa est Fides, cū Charitate extra actū justificandi formale: qvovis puncto Mathematico conjunctior, in formalī tñ. illo actu, qvem sola fides, sufficientissimam Christi obedientiam apprehendens, absolvit Rom. 3. 38. c. 4, 5. Gal. 2. 16. Ebr. 11. 6. ita sejungenda, ut nihil ad eum conferat, sed cēu opus Legis moralis penitus ab eo excludatur Ephes. 2. 8. Præsens illa qvidem Fidei, in ipso etiam actu justificandi, præsens tamen sine ullo concursu ad disponendum, procurandum, promerendum vel conservandum salutem vel fidem, Si quidem in virtute DEi custodimus per fidem in Salutem, panitam revelari in tempore novissimo 1. Pet. 1. 5. Sed saltem ad vitam verā fidei coram hominibus notificandum & declarandum: Ostende fidem ex operibus Jacob. 2. 18. Rectissimè hic nostra Montanarum Confel. art. VII. docemus, nova obedientia non esse confidendum, qvafsi per eam mereamur remissionem peccatorum, justiciam & vitam eternam coram Deo, sufficit enim fides ad hoc, ut dōnet nobis Spiritum S. & per hunc justiciam, multad, insuper & magna bona. Jesu, ait Hilarius, ipso nomine salutaris est. Lex autem ex Sion non fuit salutaris, opere qvidem vivificantis, sed non justificantis ex fide.*

**S. 5.** Finis ad qvem ut tota Religio, sic qvoq; bona Opera collimant, unicè Gloria DEI est Matth. 15. 6. 1. Cor. 10. 31. Phil. 1. 20. 1. Pet. 4. 11. qvæ ubi non est, ibi etiam religiosissimorum opera, non tantum puram religionem non prestant; Sed ne bona quidem dici merentur. Quicquid enim boni, ait August. I. 4. contr. Julian. c. 4. sī ab homine, non propter qvid debere vera sapientia præcipit, et si officio videatur bonum, ipso non recte sine peccatum est. Exciduntigitur ab hoc elogio bonitatis, non tantum opera irregenitorum, sed etiam qvorumlibet, etiam sanctissimorum, electitia. Frustra colunt me docentes doctrinas mandata hominum Matth. 15. 9. Equidem Micha idololatra cultu à se met dedicato, visus est sibi & DEo placere, sed erravit enormiter Jud. 17. 13. Israelitæ in deserto Exod. 32. 4. ad vitulum conflatum: bi sint Diē rui Israēl. Qpi huic vitulo, ita hic notat Brent: aliquid honoris defert, & in presentia hujus sacrificium offert, is prestat gratissimum cultum Deo illi, qui vos ex Aegypto eduxit, cum in ejus honorem exerimus. Israēlita, ita D. Chemnit. cultum illum non ad materiam vel formam vituli, sed ad prototypum seu rem significatam b. e. ad verum Deum, qui ipsos ex Aegypto eduxer-

eduxerat, retulerunt: & tamen idolatriam commisere rectè dicuntur. Quid enim ad hæc DEus? dimittet me, ut irascatur furor meus contra eos, & deleam eos v. 10. qvid Moies? cum appropinquasset ad castra, vidit vitulum & choros, iratusq; valde projectit de manu tabulas, & confredit eas ad radicem montis. Accepitq; vitulum combussit, contrivit & in profluente sparsit, dixitq; ad Aharon: qvid tibi fecit populus, ut induceres super eum peccatum maximum v. 19. Qvapropter cultus religionis nō est estimandus ex opinione coletis, sed interpretatione ejus, qvi colitur. Unde rectè monet Drexel: de rect. intent. c. 6. Inobedientia intentione bona defendi nequit. Corium funari & calcos egenis dividere, eleemosyna patibuli digna est, opera hypocritica. Esa. 66. 3. Detestatur, ait hic D. Olisand. Deus omnia sacrificia, ex opinione meriti, ac sine pénitentia & fide in Messiam, oblata.

**S. 6.** Bona igitur opera, ut non faciunt constituuntq; Christianum; ita ad veritatem Religionis, (si Topicam & probabilem ad extra declarationem excipias) nihil conferunt. Dico probabilem & Topicam; Nulla enim secta est, etiam extra cœtuum Christianorum pomaria, in qua non reperias & Pharisaïsum & Epicureïsum, & simulacra sanctitatis, & profligate vita enormia scandala. Sicut ergo bona Opera in Christiano, qvi, accuratè loquendo, est filius gratiae, & remissionis peccatorum, per baptismumq; Christum indutus, non sunt causa regenerationis & justificationis: ita neq; sunt causa Christianismi aut veræ Religionis, accuratè ita dictæ, constituens. Nam infantes Christianorum simul atq; baptizati sunt, confessim fiunt Christiani, veræq; religioni inseruntur, neq; tamen statim bona op. cum ὁραγέστη conjuncta, prestant, licet Sp. S. & fides justificans, qvam DEus per baptismum illis contulit, non omnino otiose in illis sit, sed suos motus internos Deo placentes in ipsis exciter. Deinde, sāpe evenit, ut infantes baptizati, statim à suscepito baptismo moriantur, anteqvam bona opera extrema ediderunt. Nihilominus tamen per baptismum (loquimur jam de ordine, qvem Deus in N. T. præscripsit) Christianismi veræq; Religionis facti sunt participes. Denique si bona opera pertinerent ad essentialem οὐσίαν veræ religionis, tum forent ejusnotæ essentiales à priori, qvod an aliquis Pontificiorum hactenus docuerit, eqvidem nescio. Qvare optimè D. Luther in Gal. c. 3. p. 184. Christiano, inquit, sit non operando, sed audiendo Euangelium.

**S. 7.** Qvod si verò de veritate Religionis ex bonis malisvè operi-  
bus

busferendum mihi judicium, tum eti ob Doctrinam, quam tenet, satis sit  
abominabilis, nullā invenerim abominabiliorem Jesuiticā papā, quippe  
ā nella unquam tantum malorū, in continuo labore, vincitus, in fame, siti,  
frigore astutis, verberibus & plagiis constitutus accepi, quantū ab hac veris-  
fima, scilicet & catholicissima sustinui. Ita ea exundat bonis operibus, ut  
deposita humana fragilitate & compassionis Christiana memoria, homi-  
nem confidere parum pensi habeat. Nisi forte hoc sit illud bonum op̄  
vera religionis index, visitare orphanos & viduas, aut quiescēs afflitos,  
in tribulatione eorum, ut majorem convitando, contemnendo, afflictis  
addas afflictionem: prohibere pios à beneficīa exercitio, quorum us-  
trumq. Jacobus h. I puram & immaculatam religionem externē signa-  
turus, requirit: benefacere volentes plagiis abigere, dantem & accipien-  
tem indignē, miserē & crudeliter tractare, torquere: atq; hoc omni &  
genuinum esse papaz religionis indicium, viva docent exempla. Itaq;  
in collum ipsis retroquendū nefandum crimen, cuius jam olim *Yn-*  
*oris Conf. Aug.* Socios rasa cohors damnaverat, quasi bona opera pro-  
hiberent vel damnarent; apud ipsos talia verissima esse experientia testis  
est.

§. 8. Si jam haec sunt illa bona opera vera religionis indices, &  
merita vitæ aeternæ, tum Religionem Turcarum multis modis ve-  
orem puriorēm, dixerim papisticā, & Paganum quenvis, etiam abjectissi-  
mum mancipium, supra caput Clementis X. in celo collocaverim. Turci  
enim pauperibus in carcere & fraremib⁹ panem non ademerunt, sed es-  
tientibus præbuerunt, non insultarunt miseris, sed feriam compassionē, in  
domo Jesuitica extortem, facta ipso multifatiam sunt contestati. Atq; ita  
per Consequentiā Pontificiorū, Turcica religio erit vera, falsa papaz,  
quia nulla hic, pleraq; ibi expertus bona opera. Vel concedant igitur Je-  
suitæ seqvelam, vel certe tot monstrosis consequentiārum, Ranan Roma-  
nam perornare desirant. Meminerint, Arborem ex fructu cognosci  
quidem, non verò constitui. Ut rectissimè judicat B. noster Lutherus,  
*Bona opera non faciunt hominem*, (Religionem) bonum, (veram,) sed ho-  
mo (Religio) bonus (vera) facit bona opera. Non præcedit fides, (quam &  
quā credis,) si pia vita non seqvatur: Ut enim *viam corporis ex motu*  
*cognoscimus*, sic *viam fidei ex bonis operibus*, ait eleganter Bernh. serm. 2.  
de Pasch. Obsigno hanc quæstionum exegesin D. Seinecceri effato: *Virtus*  
*Christianæ est non ladere, fortitudo Christianæ, ladeni remittere; gloria*  
*Christianæ, parcere ei, cui nocere potes.*

Po-

## Porismata Practica.

I.  
**R**eligio Christiana (in se ratione suæ formæ &  
normæ, eti ratione subjecti & in existentia aliquid,) nihil falsi ad-  
mixtum habet, ac prouinde verissima. Nam omne unum verum,  
& vicissim. Vera Christi doctrina non nisi t' a est, ut omne verum, ne n  
multiplex, sed unum sibiq; semper constans. Et antiquissimum quo. ēj  
verisimum, adulterinum verò quodq; posterior, Tertull. judicio; & quod  
tale est utique necessarium. Siqvidem sine vera Religione omnis scien-  
tia ignorantia; omnis vita vanitas; omnis actio peccatum; omnis co-  
natus error est. Sine illa nullum datur in controversiis fidei directoriū,  
nullum in spe & Charitate alimento, nullum in cruce solariū, nullum  
in vita gaudium, nullum in morte refugium. In ea qvæq; doceatur  
veritas; qvæq; præcipitur bonitas, qvæq; promittitur felicitas est.

II. Non tantum verè; sed etiam necessario concedenda est in  
mundo Religio. *Prius patet*: qvianulla gens sub sole, qvæ careat reli-  
gione, qvod vicissim tum *Ratio probat*, tum *Experiencia*. *Experi-  
entia*, qvod remotissimæ & *κατ ἐξοχὴν* barbaræ Gentes, ut Americi, Se-  
principiales, Caleuthani, &c. religionis exercitiis vacent, qvod Benzo,  
Levinus, Münsterus in descriptione horum populorum testantur. *Conf.*  
*Aletheam Vindie D. Dannh. p. 61. seq. Ratio*: qvia *Geographia* naturalis  
communis est omnibus hominibus, quam non potest non seqvi cultus  
Numinis. *De infinita testatur* *Apostolus Rom. 1. 14. de acquisita c. 1. 19.* In  
toto visibili mundo, nihil datur homine excellentius; in homine ni-  
hil *Anima* præstantius; in *Anima* nihil ratione exquisitus, in ra-  
tione nihil intellectu præclarius; in intellectu nihil sapientia præ-  
stantius. Inter onines v. sapientia species, nulla inventur nobilio,  
qvæm qvæ verum de DEo sensum, & rectum erga Deum cultum docet  
atq; inculcat, qvod Religionis proprium est. *Posterior* ex hypothesi con-  
seqvendi salutem ultrò liquet: Cum nemo sit, qui se perditum velit. Re-  
ligio autem sola est, qvæ nos per ignorantiam & peccata separatos à DEo,  
iterum cum illo conjungit, adeoq; in eosq; è terris elevat. Religio so-  
la est, qvæ animum hominis satiare, & conscientiam tranquillare potest,  
ut de illa certus, omnia schabere latetur, si maximè de bonis temporali-  
bus nihil habeat vel retineat ampliè. Religio sola est, qvæ nobilissimas tra-  
dit

L 3

dit artes, cunctis necessariis, solis Christianis proprias, nimirum artem pie vivendi, fortiter patienti, & bene moriendi. Unde inde sinens piorum suspirium:

Hæc est summa mei voti, da credere rectè;

Vivere da sanctè; da bene, Christe, mori! Rectissime igitur Lactant: l. 6. Inst. c. 1. *Venio*, ait, nunc ad id, quod summum est operis bu-  
jus & maximum, ut doceam, quo ritu, quo vere Sacrificio, Deum coli oportet.  
Id enim est homini officium, in eoq; solo summa rerum & beate vite.  
mio consistit, quandoquidem propterea ab ipso facti & inspirati sumus,  
non ut calum videremus & solem, (quod Anakagoras putavit,) sed ut ar-  
tificem solis & cœli Deum, pura & integramente coleremus.

III. Illa religio antiquior, quæ prior, illa prior, quæ purior, illa purior, quæ verbo Dei revelato conformis. Eosdem annales agnosco ut verbum Dei, cum ipso Deo, qui per illud voluntatem suam, quomodo non coli velit, ab aeterno revelare decrevit, in tempore homini proposuit, labentibus in deterius seculis, literis commendare jussit. Hinc B. Lutherus verbum Dei, ipsum Deum vocavit, in Resp. ad Replic. Sylvestri T. l. Jen. Lat. fol. 62. Quæ igitur Religio huic verbo ex alle congruit, illa iure merito & purissima audit & antiquissima. Intelligentiam autem volumus antiquitatem non multeam, quæ aliquot demum seculis post Christum natum indui coepit, sed quæ a principio deducta est; non plumbea, sed aurea; non vanam, & planam seu deceptricem, sed canam & sanam. Si quidem in rebus fidem & cultum divinum concernentibus, non quamlibet antiquitatem, minimè eam, quæ à primæva dissonia est, attendenda ex divno interdicto, Ezech. 20, 8. liquet: *In viis patrum vestrorum nolite ambulare, sed in viis meis ambulate.* Nititur autem illa Religionis, ut Tertullianus loquitur, principalitas, sola revelatione divina, de reparatione generis humani, mox post lapsum Protoplantis facta Gen. 3, 15. Quæ con-  
cione paradisiacâ nixa nostra confessio Neosoliensis, Religionem nostram omnium vetustissimam esse asserit, comprehendereq; ait, non solum summam religionis, verum etiam Prophetiam, quantum contradictionem & adversitatem vera Religio in mundo habitura sit. Hæc, ait porro, est prima Concio de Christiana religione, ex quæ videmus, Religionem nostram, longè vetustissimam & in paradyso institutam esse, quæ dein ab Adamo, per Patriarchas propagata est usque ad Noah, sub quo diluvium factum est: fuit n. & Noah Christianus, cu; us posteri aliqua ex parte propagarunt Christianismum, cum in totū terrarum orbē dispergerentur. Post diluvium Abrahamo & posteris ejus solenniter repetita Gen. 18, 10. c. 2., 16.

Dani-

Davidi 2. Sam. 7. 12. seqq. denique à Christo, per quem ultimis temporibus Deus locutus est, confirmata penitusq; stabilitas, in qua & status adhuc, DEI gratia! & gloriamur, scientes, antiquitatem sine divina literatura, nullius esse momenti. Unde recte Cyprianus: errantes in religione, ad radicem atq; originem traditionis dominicæ, omnibus novellis & humanis traditionibus valere jussis, reverti jubet.

IV. Non nisi unica est Religio, quæ hominem à Deo avulsum, ei vicissim redunit. Ea hodie Christiana vocatur, estq; omnibus temporibus & populis patefacta, his quidem clarissimis, illis vero obscurissimis Joh. 14, 6. c. 17, 3. Act. 4, 12. 1. Pet. 1, 10. Quemadmodum a sexaginta quidem sunt Regiae, octoginta concubinae & virginum non est numerus, una tamen est columba, una sponsa perfecta, una electa matris suæ, quam beatissimam prædicabant Regiae & concubinae & laudaverunt eam Cant. 6, 8. Ita multæ quoque sunt Religiones in mundo, sed una est veræ & propriæ dicta religio, ceteræ dicuntur quod non sunt; sicut etiam multi dicuntur dii, sed unus tamen est Deus verus. Cor. 8, 6. Unus Deus ad quem contendimus Deut. 6, 4. Unus mediator DEI & hominum, homo Christus Jesus 1. Tim. 2, 5. extra quem non est Salus Act. 4, 12. Una via salutis per Christum Joh. 14, 6. 1. Tim. 4, 6. Ebr. 5, 9. Una Fides Eph. 4, 5. per quam & nos credimus salvari, sicut & Patres nostri Act. 15, 9. 10. Rom. 4, 16. &c. Una fidei norma, lux viæ duxit, ad celos, Scriptura Sacra unum illud necessarium. Luc. 10, 42. habemus firmiorem sermonem propheticum 2. Pet. 1, 19. hoc scripta sunt, ut credatis, & credentes vitam habeatis eternam Joh. 20, 31. Unum Baptisma, per quod Christo inserimus, & Christum induimus Gal. 3, 26. 27. Eph. 4, 5. Unus finis, æterna beatitudo, quam omnes anhelamus: AH SALUS! Unus infernus, quem deprecamur: à morte sempiterna: Libera nos Domine.

V. Frustra igitur in aliis Religionibus quæsiveris; in vanum cuilibet in sua religione promiscis salutem. Primi, quia non est, quo eas, nisi ad Christum. Venite ad me omnes Matth. 11, 28. Ego sum vita Joh. 14, 6. Non quæ eas, nisi per Christum: ego sum via, nemo venit ad Patrem nisi per me: Nec quo ducit eas, nisi Christo, ego sum veritas Joh. 14, 6. & verbum meum veritas Joh. 17, 17. verbum vita Joh. 6, 68. Posteriori, quia unum salutis fundamentum Christus Jesus, præter quem ponere aliud nemō potest. 1. Cor. 3, 11. Una Domus Ecclesiæ, in qua vera Religio viget, superedificata super fundamentum Prophetarum & Apostolorum, ipsi angulari lapidi Christo Iesu Eph. 2, 20. quam qui non habet in terris matrem, Deum in celis Patrem habere non potest. Potest quidem quise-  
tiā

tiam, ab externa ejus societate violenter abreptus, longis locorum inter-  
vallis ab ea absesse, desiderio nihilominus & voto in gremio hujus Matris  
conquiescere, illiq; interna Spiritus & doctrinae carnis, dummodo te-  
nax sit sua religionis, esse & manere conjunctissimus, quomodo David Ps.  
42, 3. Sitivit anima mea ad Deum fontem vivum, quia transire cuperem  
cum cetera ambulare ad Domum DEI v. 5. & Psal. 63, 2. 3. Sitivit in te  
anima mea, quam multipliciter desiderat ad te caro mea, in terra arida &  
in aquosa, idcirco in sanctuario videre te cupio, ut viderem virtutem &  
gloriam tuam. Diu explosa fuit ab orthodoxis opinio, salutem in pa-  
ris naturalibus promittentium, quam post Zwinglium Schola hodieque  
defendit. Proscripta etiam est, ex agro vera Ecclesia, atheistica Puccii op-  
pinatio; quemlibet, modò bene vivat, in sua religione salvari posse. It-  
repit tamen ea vicissim, alio Syncretistico habitu induita, in Ecclesiam,  
qua in mixtura etiam & confusione religionum, per mutuam tolerantia-  
m, quiequivid interim in corde foveas, salutem promittit. Scilicet!  
qua enim participatio iustitiae cum iniquitate? qua societas luci ad tene-  
bras? qua conventio Christi ad Belial? qua pars fideli cum infidelis? aut  
qua consensu templo DEI cum idolis? Cor. 6, 14. An nescitis, quod Mo-  
dicum fermenti totam massam inquinet? 1. Cor. 5, 6. Praeterea hic, ait re-  
ctissime ex ore Christi Apoc. 3, 15, B. noster D. Dannhau. Th. conf. T. 1,  
p. 624. non tantum fervere, sed & (abusiva comparatione) frigere, quam  
tepidum esse, eò quod frigid, quam tepidi, felicior & facilior sit penitentia.  
Vix enim legimus in S. codice, quod hypocrita fuerit ad Poenitentiam  
conversus. vid. Aug. 14. de C. D. c. 13. Iernahuc est absurditatum, ubiq;  
aut cum quibuscumq; colludendo, velle sperare salutem. Principium  
ita idem loc. cit. pag. 640. absurdum stoliditatis illius impactum  
qui à parte papae ad Lutheranam, & contra, qui à Lutherana  
ad papae migrarunt. Nam quo oestro percisi illi ad nos confugunt,  
aut gratuitas sibi eruces fabricant, qui domini manere salvâ salute possent?  
aut quia virtus vertit his, si illuc abiverint, ubi illis quæ ac hic, salvus esse li-  
ceat? Frustra hactenus, o Sionea Virgo, ibrenos sudasti, ob defectum  
populi tui! frustra gemuisti columba! Quaritur, an probè satis pruden-  
ter, rebus suis consenserint, superioribus annis, qui à parte papae ad Lu-  
theranam migrarunt, quive rogam Jugo, exilium natali solo prætulere mar-  
tyres, num improbi? num stolidi? Syncretista Conso, mansisset, quo il-  
los nascenti condicio collocavit, vixissent tunc, sub doctoribus Schismati-  
gio, ipsi tamen symbolo Apostolico adhesissent, temperanter & pie vixissent.

caro-

caruissent licet alteri Sacramenti Eucharistici Specie, quæ salvati fuissent.  
Nam si ob questiones juxta adnatæ scissionem fecere, quarum nec igno-  
rantiæ damnasset, nec scientiæ salvasset, quam, non dicam imprudenter,  
sed impiu; egerunt, quæ pericula temere objecerunt. Distingvendum ta-  
men hic primò inter Religiones ipsas in se, & inter personas quocunq; mo-  
do huic alteriæ Religioni adhaerentes. Deinde inter seductos & seducto-  
res. Simplicioribus seductis, sub jugo v. g. Papæ, idem de aliis judi-  
cium, viventibus, præprimis v. infantibus, salutem nequaquam præclu-  
dimus, eam tamen iplos ex Papismo, quæ tali, haurire posse, simpliciter  
negamus: qui enim non habet Filium, uti haberi ipse vult, ille nec pa-  
trem habet 1. Joh. 2, 23. qui autem nec Patrem habet, nec filium, quo-  
modo ibi salus? Seductoribus verò ipse Christus proposuit lectionem,  
omnino observandam, Matth. 23, 13, 15. Confer Conc. Conc. D. Hütte-  
rifol. 284. §. Darauff geben wir &c. Calvinist, Aulico-Politicum p. 160.  
Observandum tamen hic putamus D. Chrysostom. aureum effatum:  
Dogmata impia ab hereticis profecta arguere & anathematizare oportet,  
hominibus autem parendum & pro salute ipsorum orandum.

VI. Hodierna Religio Christiana, eadem est cum Religione Ad-  
ami, Patriarcharum & Prophetarum. Datur quidem aliqua in circum-  
stantiis differentia, quoad Objectum religionis, circa Mediatoris huma-  
nitatem, quæ in V. T. in Typis, in N. in ipsa substantia habetur: quoad  
Tempus, ibi credebatur in exhibendum; hic in exhibitum Messiam: quo-  
ad gradus claritatis, quæ ibi typorum & rerum temporalium nube testa:  
ut & gratia, quæ hic uberior, quam in V. T. Nequaquam tamen propere  
ipsa Religio multiplicanda est. Simon, Iesum in ulnas recipiens, religio-  
nem non mutavit, Luc. 2, 28. Circumstantia quidem Religionis mutata  
est, fides & religio mansit eadem. Ita hæc nervosè exponit, & uberior  
solidè probat ex Act. 4, 12. c. 10, 43. c. 15, 10. B. D. Wilh. Lyser Trifol.  
Disp. I. th. 22. seqq. Etsi ergo pii V. T. nomen Christianorum imposi-  
tum sibi non habuerunt, (non enim fuerunt in Christum exhibitum ba-  
ptizati, sed in eundem crediderunt, in plenitudine demum temporis ex-  
hibendum) re tamen ipsa doctrinam Christianorum salvificam tenuerunt,  
si illa excipias, quæ soli N. T. fuerunt propria. Si quidem non in  
alium Messiam crediderunt, quam nos, Gen. 3, 15. c. 12, 3. Act. 3, 25.  
Gal. 3, 8, 16. nec alia, quam nos Dei gratia fuere iustificati Act. 15, 11. nec  
aliud habuere Evangelium Rom. 1, 12. Gal. 1, 8. Act. 26, 22. c. 28, 23. Joh.  
1, 45. c. 5, 46. nec alia quam nos fide salvante prædicti fuerunt, Eph. 4, 5.

M

Inter-

Intercedit interim vicissim discrimen, in legibus ceremonialibus & forensibus, Sacrificiis & Sacramentis V. T. quæ nos Christianos hodie non obligant, Matth. 11, 13. Gal. 3, 23. c. 4, 1. c. 5, 1. Col. 2, 16, 17. Ebr. 10, 1. Itaque

VII. Religio Abrahami erat Religio Lutherana. Idem hic iterum notamus, in circumstantiis aliquam esse differentiam. Credidit enim ille in filium Dei nascendum: Nos hodie in natum. Obscurius ille, nos, postquam conditiones individuantes Messiam, in Christo palam facte sunt, Matth. 11, 4, 5. clarius. Res ipsa tamen à qua Religio unice pendet, ab illo & nobis credita, una eademque est, quod sane evincit Spiritualis Abrahami posterioritas, Gal. 3, 6, 7. Pater enim est omnium iustificandorum & salvandorum, quæ exemplum præbet, quomodo isti quoque iustificandi & salvandi sunt, Rom. 4, 12. Ex hoc sequitur, ait B. noster Luther in c. 3. Gal. benedictionem & fidem Abrahæ eundem esse, quia nostra est, Christum Abrahæ eundem, qui noster est; Christum aquæ pro peccatis Abrahæ mortuum, ac pro nostra Ioh. 8. Abraham videt diem nrum & gavisus est, omnia ergo sunt eadem. Et Brent. in c. 8. Joh. docet, inquit, nos Christiani verbis, quod Patriarcharum & nostra fides atque Religio, non sint inter se diversa, sed una eademque religio. Subscribit his B. Chemnit. Harm. c. 103. Dissemus bene unam eandemque esse fidem in qua omnes, inde ab initio mundi, Patriarchæ & Prophetæ mortui sunt & salvati. Hinc Apostolus Petrus dixit in Concilio Hierosolymitano Act. 15, 10. Credimus per gratiam Domini nostri Jesu Christi servari, quemadmodum & Patres nostri. Et in editibus Cornelii Act. 10, 43. pronunciavit: Huic Iesu omnes Prophetae testimonium perhibent, remissionem peccatorum recipere per nomen ejus omnes, qui credunt in eum. Ex his redditissime infra nostra Confessio Neosoliensis. Certum est nostram religionem esse purissimam & jam inde ab initio fuisse, ut testatur Christus ad Iudeos: Abraham Pater vester exultavit, ut videret diem meum, & videt & gavisus est, Joh. 8. Et Paulus, Patres hanc Religionem nobiscum habuisse communem Rom. i. Non variatur, ait B. noster Gerhard. Praefat. in Aphoris. vel, testatur in fundamentalibus dogmatibus vera Ecclesiæ fides temporis decursu, sed ut est una sancta, Catholica, & Apostolica Ecclesia, ita fidei unus vinculo. & eiusdem Doctrine consanguinitate, vera illius membra sibi invicem sunt conjuncta.

VIII. Doctrina hac Religionis Christianæ, non tantum ex verbo Dei (per quod omnia falsa religionis principia excluduntur) juxta anal-

giam

giam fidei explicanda, Rom. 12, 3, 1. Cor. 11, & 14. Sed etiam aduersus hereticos, Schismaticos & quoslibet contradicentes & vindicandas, sive in Concionibus, sive in Disputationibus & Scriptis polemicis. 2. Tim. 3, 16. Tit. 1, 9. Ita tamen, ut omnia dirigantur ad adificationem: Cor. 14, 26. & sicut decenter v. 46. Fides enim nostra, non potest esse & manere vera & sincera, nisi iuratur vero & in corrupto Dei verbo, ex cuius auditu est. Rom. 10, 17. at verbum Dei, quod multi cauponantur 2. Cor. 2, v. 17. Sincerum nobis non manet, nisi mediante officio elenchitico, depravationes quorumlibet contradicentium diluantur & arceantur. Quare, veræ sinceræque Religionis orthodoxia sincera, non solum retinenda in corde, sed simul ore diligenter inquirienda. Nemo enim, Verbaliter cedro digna D. Feuerborn Syntagm. II. Dissert. 10. th. 30. in regnum. Dri Gratia & Glorie pervenire, nullusq; iustitiam conam Deo valentem assequitur, qui est veræ religionis ignarus, veletiam pravis hereticis, opinionibus imbutus Job. 17, 3. Gal. 5, 20. Eph. 2, 12, 2. Epist. Iohann. v. 9. Taceo, quod vera & salvifica fides, ipsam orthodoxiam necessariò præequirat, quodq; nemo possit vera spiritualiter bona & Deo singulariter grata opera præstare, nisi sit orthodoxus & fidelis Matth. 7, 17. c. 12, 34. Sic igitur studium pietatis urgendum est, ut non negligatur studium orthodoxias & intemeratae fidei. Utrumq; enim illud studium in Christianis inseparabiliter debet esse conjunctum. Male vivitur, ubi de Deo male creditur, ait rotundè August. i. 5. de C. D. c. 10. & Cic de N. D. l. 1. excusso ex animis hominum Dei meru, immanitate ac scelere oraria complentur. Quam graviter igitur peccant illi, qui bona operibus sic incumbunt, ut sinceritatem Religionis Christianæ vel nihil vel parum eu- rent, & Disputationes Theologorum elenchiticas deficiant, variis, dilecti- riis & panegyricis eas excipiant. Hac D. Feuerborn. Candide. Confer Dn. D. Dannh. Ilicem & obic. Verit. p. 330. &c. p. 340. seq.

IX. Ad veram Religionem apostolicam nihil facit, habere caput visible, directivum dogmatum ad religionem spectantium, aut obligatio, ad certam religiosorum regulam & votum: Quia iura religionis gubernanda non dependent ab arbitrio humano, itaque nec à Papæ, nec à Francisci, Marci, aut Dominici, vel cujuscunq; alii.

X. Religio vera non ex hominum opinionibus, sed ex propriis effectis astimanda. Iustitia, (quæ supra synonimum religionis, juxta quoddam, diximus) primum officium est, Deum cognoscere, ut Parentem; cumq; mettere, ut Dominum, diligere ut Patrem. Secundum iustitia officium

**officium est**, hominem agnoscere, velut fratrem: Si enim idem Deus fecit, & universos ad justitiam & ad vitam æt. pari conditione generavit, fraternali utiq; necessitudine cohæremus, quam qui non agnoscit in iustus est, qui non exerceat impius. Itaque dedit Deus nobis affectum misericordiz, ut omne praesidium vita nostra, in mutuis auxiliis poneremus. Si enim facti ab uno Deo, & orti ab uno homine, consanguinitatis jure sociamur. Omnem igitur hominem diligere debemus; Anima! commune atque consors esse debemus, ut nos invicem præstandis recipieris que auxiliis muniamus.

**XI.** Deus ergo vult omnes homines esse justos, i.e. Deum & homines charos habere: Deum scilicet honorare tanquam Patrem; hominem diligere, velut fratrem. In his enim duobus tota justitia consistit.

**XII.** Si quis ergo vivi indiget, impertiamur: Si quis à potentiori injuriam sustinet, eruamus. Pateat ergo domicilium nostrum vel peregrinis, vel indigenibus recto. Pupillis defensio, viduis tutela nostra non desit. Redimere ab hoste captivos, magnanimi opus est: item agrotos, pauperes visitare atque fovere. Inopes aut pauperes (si obierint) non patiamur inseptatos jacere. Haec sunt opera, haec officia misericordiae, quæ si quis perfecerit, verum & acceptum Deo sacrificium immolabit.

**XIII.** Ut autem haec omnia, quæ Deo placent præstare possimus, contempnenda est pecunia, & ad cœlestes transferenda thesauros, ubi fur non efficiet, nec rubigo consumet, nec tyranus eripiet, sed nobis ad æternam opulentiam Deo custode servabitur. In aliis igitur hominibus, nos ipsos cogitare oportet. Neque enim meremur in periculo liberari, si non succurrimus, non meremur auxilium, si negamus. Quare conservanda est humanitas, si homines recte dici velimus. Id autem ipsum conservare humanitatem, quid aliud est, quam diligere hominem, & idem, quod nos sumus? Verum illud est Ciceronis, quod ait: Hominem Naturæ obsequientem homini nocere non posse. Ergo si nocere homini contra naturam est, prodesse igitur homini secundum naturam sit necesse est: quod qui non facit, hominis se appellatione despoliat, quia humanitas officium est, necessitati ac periculo hominis subvenire, Lactant.

**XIV.** Opera Charitatis sunt quidem externa signa Religionis, non tamen semper (quoad nos) sunt infallibilia immaculata Religionis operaria. Quia homo videt quid, non quomodo fiat bonum opus. His autem non tam quid, quam quam bene fiat, potissimum attendendum. Unde illud promanavit: *Deus est remunerator non Nominum, sed Adverbio-*

*verbiorum.* Non ergo res, sed corda coram Deo valent, exemplo vidaz, Luc. 21, 2. seq. Fiunt autem plerique bona opera, non ex sinceritate, erga Deum & proximum, sed ad propriam ostentationem & auræ popularis captationem, qualia illa Matth. 6, 2. sapè religiosi, foris operibus electiis superbi, ut sepulchra dealbata, splendent, intus hypocrisi, aut meritorum opinione, sordidissimi Matth. 23, 27. &c.

**XV.** Ne renuas benefacere indigenti, si fuerit in potestate tua, ut facere possis, nec dicas amico tuo, vade & revertere, cras dabo tibi, Prov. 3, 27. Nam (1.) Fortan cras non erit tui arbitrii, quod hodie est, impedimentum enim ita tibi venire potest, opibus tuis facile dilabentibus. (2.) Proximus tuus ante cras calamitate potest intercipi, aut planè perire. (3.) Sic petens faciet jacturam temporis, negotiorum, lucri, pudore profundetur, & in cruciatu perdurabit. (4.) Cito dare promptum indicat animum, qui beneficio potior est, non tantum coram Deo, qui hilarem datorem diligit 2. Cor. 9, 7. Sirach. 35, 11. verum etiam coram proximo egeno. Bis dat, qui cito dat, Gratia quæ tardat, gratia grata minus. Itaq; Euripidis judicio, tum beneficium in opibus dat, qui celerer dat; nam pudor est, Amicum deserere, & non juvare in rebus adversis. Properat omnis benignitas, & proprium est libenter facientis, cito facere. Si de die in diem trahens profuit, non ex animo fecit. Senec. de beneficiis.

**XVI.** Cum itaque Doctrina Religionis Lutherana, in Augustana Confess. comprehensa, in qua unica vivere & mori desidero; sola sit, quæ & Verbo Dei scripto exacte congruit, & gloriam Dei ante omnia quærit, & homines ad plam, justam & sobriam vitam ducit, Conscientiam tranquillam reddit, atq; sic homines in mundo viventes, extra mundum, imò extra seiplos rapit, & cum Deo unit, ut spretis vanitatibus, mente ad cœlestia elevati, verè sapiant; non immixti cum Apostolo devotissime precamur, ut Pater Domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis Paternitas in celo & in terra nominatur, det nobis secundum divitias glorie suæ, corroborari per Spiritum ejus in interiori homine, & Christum habitare per fidem in cordibus nostris, ut simus in Charitate radicati & fundati, quo possimus comprehendere cum omnibus Sanctis, quæ sit latitudo, & longitudo, sublmitas & profundum. Scire etiam supereminenter Charitatem Christi, ut impleamur in omnem plenitudinem Dei. Ei autem, qui potens est omnia facere superabundantius, quam petimus aut intelligimus, secundum ritutem, quæ operatur in nobis. Ipsi gloria in Ecclesias, in Christo Iesu, in omnes generationes seculis ecclavorum, AMEN!

174-174A, 1970

DISPUTATIO THEOLOGICA,  
FIDE ET MIA,

Jacob

Ausgabe

*VIRO, Maxi*

DN. SEBAS

**SS. Theologiae  
berrimo,**

Dn. Patrōnō, P  
n

M. JOHN

250

*nplissimo at q.*

CHMIDIO.

ordinario, Cele-  
æside Gravis-

*tore suo multis no-  
rando,*

## HARDUS,

• Ig. S.

## *ARGENTORATI,*

ANNO M. DC. LXIX.

Typis JOHANNIS WILHELMI TIDEMAN,  
ANNO M. DC. LXIX.